

Ann. Arch.	Ann. Cbr.	Ann. Pom.	Ann. obiit.
32	641	20	682
33	661	21	682
34	682	14	696
35	696	40	736
36	730	14	760
37	760	4	764
38	760	9	775
39	775	5	778
40	779	30	808
41	808	12	820
42	820	7	827
43	827	8	835
44	835	5	840
45	840	1	840
46	840	1	842
47	842	25	867
48	867	9	876
49	876	3	879
50	879	19	898
51	898	3	903
52	903	40	943
53	943	7	950
54	950	9	959
55	959	25	984
56	987	25	1013
57	1013	17	1030
58	1030	41	1071
59	1071	21	1092
60	1092	4	1098
61	1098	22	1120
62	1120	15	1136
63	1136	2	1138
64	1141	30	1171
65	1171	2	1173
66	1174	3	1181
67	1183	17	1200
68	1200	10	1209
69	1209	7	1218
70	1219	14	1237
71	1237	24	1263
72	1261	11	1273
73	1276	4	1280
74	1283	14	1296
75	1296	19	1316
76	1316	4	1320
77	1320	10	1330
78	1330	12	1343
79	1343	24	1368
80	1368	2	1370
81	1370	4	1374
82	1374	12	1386
83	1386	5	1391
84	1391	9	1400
85	1400	12	1421
86	1421	25	1446
87	1446	26	1483
88	1483	10	1492
89	1492	13	1505
90	1505	6	1511
91	1514	1	1515
92	1515	4	1519
93	1519	4	1525
94	1525	12	1537
95	1537	35	1572
96	1572	4	1576
97	1581	16	1602
98	1604		

SERIES ARCHIEPISCOPORUM BURDIGALENSIS Ecclesie.

Civitas Burdigala (quæ Civitas Biturum Viviforum, seu Vibiforum dicitur) sita est super Garumna flumine, per quod iter facit Oceanus accessus & recessus, per leucas plus minus centum, ut est in *Itinerario Antonini*. Universitas antiquissima, quam Iapsum erexit & restituit Rex Carolus VII. ad instar Tolosanæ, omnium scientiarum; quam Eugenius IV. PP. Bulla data 7. Idus Maji 1430. confirmavit. Celebre, & frequens emporium. Patria Antonii viri Consularis, qui in hujus laudem hos cecinit versus:

*Burdigala est natale soim, clementia cali
Aluis, ubi & rigua larga indulgentia terra.
Ver longum brunaque breves, juga frondea subsunt.*

S. Gilbertus, an. 71. circa Principatum Vespasiani Imperatoris.

.....

Orientalis, Concilio Arelatenf. 2. interfuit sub Silvestro PP. cui subscripsit, electus Episcopus circa an. 326.

Aufonius, in Concilio Treverensi. De eo *Gualterius in tab. Chronol. seculo 5.*

.....

S. Delphinus, an. 386. Is Priscillianum hereticum & sectatores Burdigala expulit, Paulinum Episcopum de Nola in Italia sacro lavacro regeneravit. Interfuit 381. Concilio Casaraugustano.

S. Amandus, 389. Ad eum Paulinus Presbyter multas Epistolas scripsit. De eoque *Gregor. Turon. lib. 2. c. 3.* Civitas Burdigalensis ei diem 12. Junii consecravit.

S. Severinus, 399. primò Archiepiscopus Senonens. ordine 4. postea ex Angelica prophetia apud Agrippinam, Patrum decreto, ordinatus est ibidem Episcopus. Coloniz in honorem SS. Cornelii & Cypriani Ecclesiam construxit. Fuit coævus D. Martini Turonensis: erant ambo in contemptu sæculi non dissimiles: tandem in ætate gravi (præfuit enim 40. annis Ecclesie Colonienf) profectus Burdigalam natale forum, ut suos inviseret, occurrit ei S. Amandus Episcopus, qui cum una cum Clero religiofissimè excepit. At eodem tempore Amandum vita functo, in ejus locum substitutus est S. Severinus.

S. Amandus II.

.....

Gallicinus.

Amelius. De quo *Fortunatus Poematum lib. 1. cap. 1.* Qui donum dedit ad Ecclesiam ædificandam, quam postea Leon-tius successore erexit.

Leontius, major templorum conditor & instaurator, Concilio Aurelianens. 4. interfuit: prius fuerat Episcopus Foroju-liensis.

Cyprianus, 514. Adfuit Concilio 1. Aurelianens.

Leontius junior, factus Archiepiscopus 515. interfuit Concilio Aurelian. 4. & Parisiensi 1. quibus scripsit. *Fortunatus Poematum librum ei dedicavit.*

.....

Berteramus, sive Berthechramus & Bertrandus, ann. 585. Regis Guntrani consobrinus, in Concilio Maticon. 2. & Parisiensi contra Prætextatum Archiepiscopum Rothomagenfem habito. De eo *Gregor. Turon. hist. lib. 7. c. 31. & l. 8. c. 20. & 22. Fortunatus Poematum lib. 3. c. 22.*

Gondegisilus Dodo, Comes Santonenf, Childerberti Regis nominatione in Archiepiscopum electus an. 591. *Gregor. Turon. lib. 8. hist. c. 22.*

.....

Frotarius, 870. Archiepisc. Burdigalensis: postea Episcopus Pictaviensif, demum Archiepisc. Bituricensis 49. an. 876. ac tandem ad Ecclesiam Pictaviensem revertitur.

Amatus, S. R. E. Legatus Ecclesiam Cathedraliæ dedicavit, an. Dom. 1026.

Gothefredus de Loriola, prius Juris Professor Pictaviæ, dein de Abbas, ac tandem Archiepiscopus, eligitur an. 1027.

Gombaldus.

Andro.

Gof.

A Gosselinus. Is ad eum sui officii fuit memor, & Religionis Orthodoxæ acerrimus vindex, ut res fuit Provincia Synodos coegerit. Moritur sub initium Principatus Guillelmi ultimi Aquitaniz Ducis.

Arnaldus, 1110.

Gaufridus, Geofridus, seu Hunfridus. Moritur ann. 1157. Vir religiosus, & verbi Dei seminator egregius.

Bertrandus II. an. 1157.

Geofridus II. an. 1158.

Harduinus, cum Decanus esset Ecclesie Cathedralis Cemanensis, Archiepisc. eligitur an. 1160.

Bertrandus III. cum esset Episcopus Lectorensif, in locum prædicti eligitur 1163. Item a summo Pontifice fit sedis Apostolicæ Legatus in Aquitania.

Guillelmus, Anglus, Monachus & Abbas Radingæ, in Anglia, creatur Archiepisc. 1173.

Elias, an. 1183.

Guillelmus II. circa an. 1224.

Gerardus de Malemort, temporibus S. Ludovici Francorum Regis, anno 1227. Eo anno à Rege Legatus in Angliam mittitur.

Petrus, an. 1260.

Simon de Rochechovart, alius Rochechard, 1271. Ejusdem nominis unus fuit Archiepiscopus Bituricensif, & duo Episcopi Sanctonenf.

Robertus, Regis Angliæ Cancellarius, 1287.

Henricus, anno 1294. cum sedes vacasset ab anno 1289.

Bertrandus Goth, natione Burdigalensis, primò Episcopus Convenarum à Bonifacio VIII. postea an. 1300. Archiepiscopus Burdigalensis creatur. At an. 1305. Perusii à Collegio Cardinalium abfens summus Pontifex eligitur, Clemens quintus dicitur, Author Clementinarum. Obiit in itinere Avenione Burdigalam proficiscens, an. 1314. Hereticis averfus fuit.

Arnaldus de Canteloup, aliàs de Pelegruè, nepos Clementis V. in locum avunculi substituitur an. 1307. postea Cardinalis Tituli S. Marcelli, & S. R. Ecclesie Camerarius. Concilium Provinciale apud Rofficum Pictaviensif Diocesis habuit an. 1326. regnante Carolo V.

Richoldus à Porta Lemovix, à Joanne XXII. PP. creatus Presbyter Cardinalis TT. SS. Nerei & Achillei, an. 1320.

Petrus II. 1332.

Amanius de Morre, seu de Cassis, 1348.

Bernardus, aliàs Beroldus, 1357.

Henricus, 1365.

Elias II. 1372.

Urbanus, 1382.

.....

Franciscus, 1389. S. R. E. Card. ab Innocentio VII. David de Monteferrando, 1416.

Petrus Berlandus, Archiepiscopus eligitur ann. 1430. Ejus tempore, videlicet an. 1441. Universitas Burdigalensis instituta adinstar Universitatis Tolosanæ, confirmata ab Eugenio VII. summo Pontifice. Cum per viginti quinque annos Ecclesiam rexisset, beneficis & elemosynariis, obiit 26. Jan. Mensis an. 1455. cum ita pie vixisset, ut à quibusdam sanctus vocetur.

Blasius de Grele, 1455.

Agnus de Montauban, Religiosus professus Monasterii Castellinorum Parisiorum, an. 1466.

Andreas d'Espinau, Brito, Arelatenf primò Archiepiscopus, postea anno 1480. Burdigalensis Archiepiscopus, tandem Lugdunensif Archiepiscopus, & primas Galliarum ab Innocentio VIII. S. R. E. Cardinalis creatur T. S. Silvestri, mense Martio 1489. Excessit an. 1500.

Joannes de Foix, de Candalle, 1501. filius Joannis Comitis de Candalle, & Catharine Gastonis, 4. de Foix, & Eleonoræ Navarre Reginæ filiz.

Carolus de Grandmont, 1529. Fratrem habuit Gabrielem S. R. E. Cardinalem, quem Gabriel de Lurbe in Elogio ejusdem Cardinalis, ait, Archiepiscopum Burdigalensem fuisse, dein Tolosanum.

Joannes de Bellay, Cardinalis, 1544. De eo plura in serie Episcoporum Parisiensium.

Franciscus de Mauny, 1553. per cessionem Joan. de Bellay. Joannes de Bellay, morte præfati de Mauny, fit iterum Archiepiscopus, an. 1558.

Antonius Prevost de Sanfac, rexit Ecclesiam 31. annis: L. B. Theat. vitæ Human. Tom. III.

Concilium Provinciale convocavit, an. 1582. cui interfuerunt plures Episcopi, cum delegatis abfentium. Obiit 17. Octobris 1591. Post ejus mortem vacavit sedes quibusdam annis tandem

Franciscus de Escoubleau, dicitur de Sourdis, à Clemente VIII. Archiepiscopus, ex Regis nominatione, inauguratus fuit an. 1590. à quo etiam S. Rom. E. Cardinalis Tit. S. Marcelli, 3. mensis Martii ejusdem anni creatur. An. 1600. ejus, concilio Capucini Patres in Urbe admiffi sunt, & Ecclesiam construxerunt; etiam fundavit Carthusianorum Convantum. Interfuit Comitibus Parisiensibus, 1615. Habuit Concilium Provinciale Burdegale, 1624.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM AUSCENSIS SIVE AUXITANENSIS ECCLESIE. Aufchi.

Augusta Auscorum, Aufchi, inter Garumnam fluvium & montem Pyreneum sita est. Aufcos Julius Cæsar & Pompeius Mela nominavit: inter Aquitaniz populos, qui Galliz Narbonensif essent proximi, numeratur. Aucienfis Urbs à *Gregorio Turonensif lib. 10. cap. 20.* vocatur: Novempopulania verò ab *Ammiano Marcellino lib. 15.* Est autem hic sedes Archiepiscopatus, & Archiepiscopus sub fe novem habet Episcopatus: Parva Urbs in fastigio montis, in quo Cathedralis Ecclesia dicata B. Mariæ Virginis, sita est.

1. S. Ceracius, sedem obtinuit anno 148. rexit Ecclesiam an. 43.

2. S. Paternus, an. 186. 49.

3. Servius, seu Servandus, 235. 23.

4. Luperculus, 263. 16.

5. Optatus, 179. 12.

6. Pompilianus, 291. 30.

7. S. Taurinus, 321. 19.

8. Citerius, 340. 26.

9. Afronius, 366. 12.

10. Aprunculus, 378. 13.

11. Ursinianus, 382. 11.

12. S. Orientius, 392. 14.

13. Armerius, 403. 4.

14. Mimerius, seu Armerius, an. 407. fedit 10.

15. Justinus, 425. 17.

16. Nicetius, 442. 10.

17. Mimerius, 452. 13.

18. Alerius, 465. 10.

19. Amelius, 475. 16.

20. Salvius, seu Sorbinus, 491. 11.

21. Porcarius, 492. 13.

22. Porculejanus, 505. 7.

23. Prifcus, 512. 7.

24. Proculinus, 519. 10.

25. Marcellus, 529. 19.

26. Vigilus, 548. 11.

27. Polemius, 559. 3.

28. Alecius, 562. 7.

29. Eonius, 569. 17.

30. Paulinus, 586. 12.

31. Faustinus, aliàs Faustus, an. 598. an. 15. Basilicæ S. Martini Turonensif, de quo *Gregor. Turon. lib. 8. Histor. cap. 22. & Fortunatus Poematum lib. 1. cap. 4.*

32. Creorius, 613. 12. Idem *Gregor. ubi supra, scribit, Faustum Faustus successisse.*

33. Thitonius, 625. 7.

34. Dracoaldus, 632. 18.

35. Perperius, 650. 17.

36. Ausclius, 667. 29.

37. Diacoaldus, 696. 24.

38. S. Leotadius, 720. 27.

39. Patricius, 747. 18.

40. Tontonius, 765. 16.

41. Averius, 781. 7.

42. Arnaldus, sive Brinaldus, 788. 15.

43. Lupus, 803. 8.

44. Aistes, 811. 4.

45. Astarius, 815. 8.

46. Revelius, an. 823. 15.

47. Salvius, seu Galvius, 838. 22.

48. Heliseus, 862. 21.

R 3 49. Joan-

- A 49. Joannes, 881. 2.
- 50. Anolinus, 883. 13.
- 51. Airardus, 896. 10.
- 52. Ardicanus, seu Ardinarius, 906. 17.
- 53. Odilus, 917. 27.
- 54. Bernardus, 924. 34.
- 55. Severinus, seu Heguinus, 978. 1.
- 56. Odo, 979. 3.
- 57. Guarcias, 982. 18.
- 58. Otto, seu Odo, 1000. 40.
- 59. S. Auslinus, 1040. 39.
- 60. Guilielmus Bernardus, an. 1079. an. 30.
- 61. Raymundus, 1109. 18.
- 62. Bernardus, 1127. 7.
- 63. Guilielmus, 1134. 48.
- 64. Geraldus, 1182. 21.
- 65. Bernardus, 1203. 9.
- 66. Guarcias de Lort, alias de Loid, 1212. sedit 12.
- 67. Amaneus, 1227. 13.
- 68. Hispanus, 1241. 16.
- B 69. Amaveus de Armaniaco, 1257. 47.
- 70. Guilielmus de Flavacourt, 1314. 32. postea Archiepiscopus Rhotomagensis.
- 71. Arnaldus Alberti, Lemovicensis, an. 1346. Rexit Ecclesiam 15. an. & 6. mensis.
- 72. Joannes Rogerii, Lemovicensis, 1361. an. 4. & 2. mensi, deinde translatus ad Ecclesiam Narbonensem.
- 73. Philippus de Alenconio, de stirpe Regum Francorum, 1365. 4.
- 74. Joannes Flandrini, Vivariensis Diocesis, Presbyter Cardinalis TT. SS. Joannis & Pauli a Clemente VII. creatus an. 1390. an. 11.
- 75. Joannes de Armaniaco, filius Comitis Joannis Perpiniaci: obiit an. 1408.
- 76. Berengarius Guilloti, Castrensis Diocesis, antea Officialis & Vicarius Joannis de Armaniaco, electus die 3. Nov. an. 1408. Rexit Ecclesiam 16. an.
- 77. Philippus de Levis, prius Archiepiscopus Arelatenfis, postea Auxitanensis, an. 1425. Presbyter Card. TT. SS. Marcelli & Petri, sub Xysto IV. an. 1473. Obiit Romae an. 1475.
- C 78. Joannes de Armaniaco, 1470. rexit Ecclesiam 23. an. 1493. die 28. Augusti.
- 79. Franciscus de Sabaudia, 1493. 7.
- 80. Joannes de Trimolla, 1500. S. R. E. Card. sedit ann. 7. Obiit an. 1507.
- 81. Franciscus de Claromonte, antea Archiepiscopus Narbonensis, & S. R. E. Card.
- 82. Franciscus de Turnone, antea Archiepiscopus Bituric.
- 83. Hippolytus Estensis Desi, Alfonsi I. Ferrariensis Ducis filius, prius Archiepiscopus Narbonensis, Diaconus Cardinalis SS. Lucie & Ceciliæ a Leone X. PP. creatus, deinde Archiepiscopus Lugdunensis, tandem Auxitanensis. Obiit Ferrariae mensis Septemb. an. 1520.
- 84. Ludovicus Estensis, S. R. E. Card. Ferrariensis nuncupatus, Hypoliti nepos, Hercules II. Ferrariae Ducis filius: post ejus mortem vacavit sedes ab an. 1586. ad an. 1599.
- 85. Leonardus Deslrapes, 1599. Nivernensis, antea Senator Parisiensis. Sedit an. 1620.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM VIENNE. ALLOBROGUM, GALLICORUM.

Ex Joanne Marquiso, & Joanne de Besco.

Vienna, olim Bienna dicta, quia biennio perfecta fuit, & Civitatis formam adeptæ, postmodum mutata fuit litera B. in V. Celebris est Allobrogum civitas, nobilissima Provinciae Metropolis, & antiquæ Juris Italici Colonia, inquit *Paulus in l. ul. D. de censib. Urbis olim Senatoria, quam Venerius quidam Africae exilii condidit, anno à mundi creatione 4247. ante conditam Romam annis scilicet 70.*

Illius meminit Martialis Poeta, qui Domitiano Cæsare vixit:

Fertur habere meos, si vera est fama, libellos Inter delicias pulchra Vienna suas.

Ecclesia Cathedralis S. Mauritio dedicata est.

1. S. Crelesens. Paulus Apost. Doctor gentium, dum in Hispaniam proficisceretur, Ecclesiam Viennensem instituit, primaque in ea fundamenta fidei jecit: ac inde decedens, in ea

- Crelescentem Christi discipulum primum Episcopum ordinavit. *Enseb. Hist. cap. 4.* loquens de discipulis Pauli: *Ex reliquis sectatoribus, inquit, Crelesens in Gallias missus ab ipso Apostolo testimonium habet; idque confirmat. Ado Viennensis in Mart. 4. Kal. Jan.*
- 2. S. Zacharias Martyr. Mortuo vero Crelesenti, vel ut alii scribunt, Apostolico jussu, in Galatiam profectus, ipseque B. Apostolus Paulus Hispania rediens, Zachariam Christi in dem discipulum subrogavit; qui cum Dominice interfuerit cenæ, Mappam ipsius Sacramentæ refectionis, super quam panem & vinum in suum corpus & sanguinem ipse summas Sacerdos Christus transubstantiaverat, Viennensibus novis Christianis, solatii gratia, contulit. Atque deinde Vienna pro fide morte violenta occumbens, Protomartyr Galliarum effici promeruit. Cujus sacrum corpus longo tempore apud Ecclesiam Sanctorum Apost. ad Viennæ muros cum quiesceret, tandem Innocentii IV. PP. mandato, celebri pompa per Hugonem Tituli S. Sabinae, & Guilielmum Tit. Basilicæ duodecim Apost. S. R. E. Presbyteros Card. exhumatum fuit.
- 3. S. Martinus. Hunc post B. Zachariam SS. Apostoli tertium Episcopum direxerunt, qui propriis Christum in Cruce pendentem ac patientem viderat oculis, quique post demandatum sibi Evangelicæ prædicationis strenuè decursum munus, tandem sub Vespasiano obtinuit, annua à successoribus memoria Kal. Junii honoratur.
- 4. S. Verus, cum Coadjutor datus ab ipsis Apostolis fuisset S. Martino, eo mortuo, Viennensem ipse sedem cepit. Qui postea Kal. Augusti, sub Nerva Imperatore, sanguine suo Viennensem Ecclesiam purpuravit.
- 5. S. Justus, S. Vero successit, & eum in Pontificali Cathedra Viennensi esse sequutus, cujus solemnitas recensetur a. Non. Maji. Ad hunc, sub initio suæ electionis, S. Pius Papa scripsit.
- 6. Desiderius Beatissimo Justo successit, cujus nominis sola durat memoria. *Ex Epist. Victoris Pont. Rom. ad ipsos.*
- 7. S. Dionysius, à Desiderio ad aptem Episcopatus Viennensis sublimatur, qui ut morum integritate, ita doctrinæ splendore refulsit, temporibus Commodi, ac Marci Antonini Veri Imperatorum; equique festum colitur 7. Idib. Maji.
- 8. S. Paracodas, natione Græcus, uti fuerat Dionysius, S. Dionysio successit, & Prælatum gessit aetate Antonini, Caracallæ, Aurelii, Alexandri, & Maximini Imperatorum; ad quem Victor PP. scripsit.
- 9. S. Florentius. Eius tempore Novanus Presbyter, Romam veniens, Novatianam hæresim condidit. Anniverfaria ejus dies est 3. Non. Jan. quando post exilium mortem pro Christiano petulit.
- 10. Lupicinus Martyr, successit Florentio, qui Cathedram rexit, dum Valerianus, & Gallienus in humanis debebant, sub quibus S. Cyprianus martyrio enituit: atque etiam tempora Claudii, sub quo Paulus erat hæretarcha, & devenit usque ad Aurelianum. Colitur 8. Kal. Jan. cui Cornelius PP. litteras misit.
- 11. S. Simplicius, seu Simplicius, sequitur, qui vixit temporibus Taciti, Probi, & Gari Imp. ipsique ætate, hæresis Monothelitarum initium sumpsit. Colitur 3. Id. Febr.
- 12. Paschasius, vir dicerissimus, atque sanctissimus, qui temporibus Diocletiani & Valerii vixit, cujus solemnitas festiva habetur 8. Kal. Martii; cuiusque ætate, S. Theba Legio, Mauritio adhortante, martyrio coronata fuit, circa an. Christi 305. & Silvester PP. pro Viennensi Ecclesia referit.
- 13. S. Claudius, post Paschasium, Vienna Antistes emicuit, cujus tempore, admiranda Nicæna Synodus ob tutionem Catholici dogmatis coacta fuit; cujus adeo tenax assertor fuit Claudius, ut inter Anulitus Arelatenfes ducentes Concilii primas merito obtinuerit; qui ad meliorem vitam transiit Kal. Junii.
- 14. S. Nectarius, tempore Constanti, Joviniani, & Juliani Imperatorum Ecclesiam hanc rexit, dum emicaret Athanasius Alexandrinus, & Hilarius Pictaviensis, & Antonius Monachus. Obiitque Kal. Augusti, atque Synodo Vicesi interfuit, semperque contra Arianam perditionem, publicè Trinitatis consubstantialitatem docuit ac prædicavit.
- 15. S. Nicetas, à SS. Paschasio atque Claudio Viennensibus Episcopis educatus, adeo ut etiam B. Claudii existeret Diaconus. Floruit vero S. Nicetas, temporibus Gratiani & Theodosii Augustorum. Obiit 3. Non. Maji.
- 16. S. Simplicius, successit Nicetio in Viennensi Cathedra ad quem Zozyms PP. scripsit.

- A 17. S. Mamertus, vel Mamercus, eruditione & pietate fulgidus. Hic à S. Anniano Episcopo Aurelianensi ab ipsis mortis faucibus ereptus, postea in ianum in modum sanctitate excellit, & ob imminentes Ecclesiæ suæ clades, Rogationes & Litanias, quæ ante festum Ascensionis Domini celebrantur, instituit. Ejus decedens recolitur 5. Idus Maji. De eo *Sydomus Apollinaris lib. 4. epist. 11. & lib. 5. epist. 14. & lib. 7. epist. 1. & Greg. Turon. lib. 2. hist. cap. 34.*
- 18. S. Yficius, Senatoria vir primùm dignitatis; nempe ejus filii fuerunt Apollinaris Valentini Urbis Antistes, & Avitius, qui Yficio patri in Viennensi Archiepiscopatu successit. Floruit regnante in Francia Clodoveo I. qua etiam ætate corpus B. Barnabæ cum Evangelio manu B. Matthei Evangelistæ scripto, ipso revelante, repertum fuit. Memoria ejus celebratur 11. Idus Novembris.
- 19. S. Alcinius Avitus, Vienna Archiepiscopus ordinatus, Apostolicæque moribus insignis, adversus hæresim Arianam, que tunc non solum Africam, sed & Galliam, Italianque ex parte occupaverat, magnò studio decertavit; quod ejus clarissima indicant scripta. Illius memoriam recolit Martyrol. Lugdun. antiquissimum, & S. Agobardus Lugdun. Antistes, *lib. de Duello ad Imperatorem Ladoicem.* Obiit circa an. Dom. 500. Fratrem habuit Apollinarem Episcopum Valentini etiam sanctum, de eo *Greg. Turon. lib. 11. hist. cap. 24.*
- 20. S. Julianus, sub Justiniano Imperatore floruit, quo tempore Joannes Pontifex Romanus, atque Boetius & Symmachus Consulares viri, à Theodorico Rege Arianò necantur.
- 21. S. Dominicus, Ecclesiam Viennensem rexit, quando Hildericus Rex Vandalorum Episcopos ad Ecclesiam reverti, eaque instaurare præcepit, & Benedicimus Abbas virtutibus refulsit. Ipse Dominicus doctissimus in divinis, mundanisque scientiis est habuit, amator etiam pauperum, ac captivorum redemptor, nec non innocentiæ vite fuit.
- 22. S. Pantagatus, claruit Justiniano II. tempore: quinquentio Episcopalem sedem felicissimè rexit, sub consilatu Paulini junioris & Basilii, vita funditus in Aurelianensi 2. Synodo, cum B. Lupo Lugdunensi relictus, 36. Capitula omni itam Ecclesiæ pernecessaria promulgavit.
- 23. S. Yficius II. sub Justiniano resecit in tertia Aurelianensi Synodo, cum Aureliano Arelatenfi, & Sacerdote Lugdunensi Episcopis, in qua de Dogmatibus Ecclesiasticis sunt 23. edita Capitula.
- 24. S. Naamatus, vel Naamatus, fuit sub Justiniano, & Justiniano Imperatoribus.
- 25. S. Philippus, Cathedram Viennensem adeptus est temporibus Tiberii Imperatoris: obiit Philippus 3. Non. Febr.
- 26. S. Euanicus, vel Euanicus, cum S. Prisco Lugdunensi & Arcennio Senonensi, atque Remigio Bituricensi Episcopis, in Concilio apud Maticonem reledit, ubi Idibus Januarii diem obiit, anno 11. Childeberti Austrasiorum, testatur *Ado lib. etat. 6. & Baronius ad annum 188.*
- 27. S. Virus, vel Verus, Ecclesiam Viennensem rexit Imperatoribus Tiberio, & deinde Mauritio, quando Ermenigildes Regis Gothorum filius, ob Catholicam fidem Regno privatus, atque in carcerem conjectus, nocte sancta Dominice Resurrectionis, securi demum in capite percussus, Martyr regnum cælestis intravit. Hic B. Desiderium habuit Diaconum, atque postea in Prælatum successorem. Vita sanctus est 10. Kal. Junii.
- D 28. S. Desiderius II. à Naamato Sancto in Ecclesiasticis discipulis enitrus, postea B. viro ad hærens, atque eo mortuo Episcopus Viennensis factus, tempore Childeberti Regis Francorum; tandem martyrium passus est in territorio Lugdunensi, & justu Brunichildis lapidatus fuit, sub ipsius filio Theodoberto Rege. Jacet sepultus retro altare Apostolorum extra Viennam 11. Kal. Julii. *537. reverts in Chron. Bedæ in Martyrolog. 11. Julii.*
- 29. Damianus, instigante Aridio Lugdunensi Episcopo & Brunichilde: fuit vir strenuus, & redimendorum captivorum sollicitus. *Greg. Turon. hist. lib. 30. cap. 11. 12.*
- 30. S. Eutherius, factus est Viennensis Episcopus Eraclio Romanis imperante, & Francis Clothario. Sepultus est in Ecclesia S. Georgii 18. Kal. Junii.
- 31. S. Clarentus, S. Eutherio successit tempore Constantini Imper. atque Dagoberti Francorum Regis. Obiit 7. Kalend. Maji.
- 32. S. Syndulfus, mortuo Clarento, Constantini, atque Dagoberti, ætate Vienna præfuit. Migravit 4. Idus Decemb. *L. B. Theatr. vitæ Humanæ. Tom. 111.*

- 33. S. Edivus, sive Heedicus, Syndulfo successit vir fuit magna religionis, regnantibus Constantino filio, & Dagoberto Rege.
- 35. S. Edaldus, seu Ezaldus, vel Cadeolus, aut Cadeolus, Monachus Ord. S. Bened. & Abbas Grimonensis Vienna, in Episcopatu Viennensi iustitæ est, ad quem S. Joannes Papa pretiosa munera transiit. In Concilio Cabilonensi, an. 618. celebrato, interfuit, & subscripsit: vixit tempore Clodovei II. Obiit 19. Kal. Febr.
- 36. S. Dolomus, vel Dolinus, Vienna præfectus est Pontifex, Leone, vel Leoncio Romanis imperante, & Theodorico Francis. Decedit Kal. April.
- 37. S. Bodo, vel Bobolinus. S. Dolino Bobo Beatus successit, mortur 18. Kal. Julii.
- 38. S. Georgius, magna virtutis homo, post S. Bobonem rexit Viennensem Ecclesiam, Philippo imperante hæretico. Ad cœlum transiit 3. Novemb.
- 39. S. Deodatus, Episcopus Viennensis, fuit vir omnino abstemius, imperante Anastasio, & regnante adhuc Theodorico. Migravit Idib. Octob.
- 40. S. Blidranus, successit, Theodosio Imper. & Clodoveo F juniore, ac post eum ipsius fratre Childeberto. Obiit 11. Kal. Febr.
- 41. S. Agratus, successit est B. Blidranno, regnante Childeberto Francorum Rege. Obiit Idib. Octob.
- 42. Eobaldus, seu Eoldus, præclarus Pontifex, cum regio Francorum sanguini esset affinis, Ecclesiam Viennensem rebus adauxit, nec non Basilicam in honorem Theoberti Martyrum, adductis ipsorum & aliis plurimis reliquis, intra Civitatem edificavit: atque ab ipsius tempore Viennensis Ecclesiæ res, dici S. Mauritii capere.
- 43. S. Bobolinus, mortuo B. Eoaldo, Vienna Archiepiscopus præfuit, Leone adhuc Imperatore, & Dagoberto Rege.
- 44. S. Augustobertus, Bobolino successit est temporibus Michaelis Imperatoris, & Danielis Francorum Regis.
- 45. VVilicarius, Martyris Ferrolii ossa, nec non caput S. Juliani intra Viennam transtulit, ipsorum Basilica ultra Rhodanum à Mamerto constructa, à Saracenis incensa.
- 46. Proculus, Viennensem sedem rexit toto Pipini Regno, & Caroli initio, ad quem Stephanus Papa de afflictâ Viennensi Ecclesia scripsit.
- 47. Bertericus, vir bonus, & simplex, qui obiit 6. Idus Junii, ad quem B. Adrianus primus Papa scripsit.
- 48. Volfericus, mortuo Berterico, Archiepiscopus Viennensis creatur.
- 49. Ursus, ordinatus est Viennensis Antistes, qui vir simplex fuit, & obiit 10. Kal. Martii.
- 50. Ultraja, Ursio adhuc viventi, senioque gravato, subrogatur, cujus pio studio, & favore Caroli Magni, partem sacrarum rerum Viennensis Ecclesiæ recuperavit.
- 51. S. Bernardus, licet quidam Bajonarum interponant Episcopi in sedem sublimatus est. Vir solers, ingenius & eruditus, ardenti studio Viennensem Ecclesiam bonis & Clero amplificavit, & dotavit Monasterium super Iloram fluvium. Ceterum Viennensem Ecclesiam annis 36. rexit. Sepultus in Monasterio suo Romanensi, ad quod SS. Martyrum Severini & Feliciani corpora transfuletat.
- 52. Agilmatus, rex Angilmatus, rexit Viennensem Ecclesiam annis 8.
- 53. S. Ado, ab Angilmaro, sedem Viennensem obtinuit, anno scilicet ab incarnatione Domini 875. indic. 8. Rexit 16. Historiam Viennensem & Ecclesiam Archiepiscopalem ad sua usque tempora scripsit.
- 54. Orravius, gubernavit annis 8. & 9. In pace quævit 16. Kal. Octob.
- 55. Bernoimus, præfuit annis 13. obiitque 14. Præfatus an. 10. 7. Kal. Febr.
- 56. VVolfericus, successit Bernoimo, cujus tempore Viennensis Ecclesia maximum privilegium obtinuit.
- 57. Ragaufredus, Ecclesiæ Viennensi præfuit annos 8. defunctus 23. Kal. Maji.
- 58. Alexander, rexit annis 24.
- 59. Sabo, Episcopatum gessit annis 21. mensibus 2. dieb. 8. Hic contulit Cœnobio S. Petri Viennensi vineam sui juris.
- 60. Theobaldus, post Sabonem, Vienna Archiepiscopus extitit.
- 61. Burchardus, rexit 30. annis.

- A 61. Leodegarius: Burchardo ad Christum migrante, Praeful Viennens, creatur, Henrico I. Galliarum Regi consanguinitate proximus.
- 62. VYarmundus: de lupis electione vultus Episc. Gregorii VII. ad Clerum, & populum Viennensem. Quis vero huic successerit, non satis constat.
- 64. . . .
- 65. Guido, Guilielmi Magni Burgundiae Comitis filius, Monachus S. Benedicti, ex Archiepisc. Viennensi, Card. de mum ad summum Pont. assumptus fuit, Calistus PP. II. nomine obiit Romae an. 1124.
- 66. Petrus.
- 67. Stephanus.
- 68. Humbertus.
- 69. Hugo.
- 70. Stephanus II.
- 71. Guilielmus.
- 72. Robertus.
- 73. Aymardus.
- 74. Ubertus.
- B 75. Burno.
- 76. Joannes de Burnino.
- 77. Guido de Alvernia.
- 78. Raymondus Franciscus.
- 79. Guilielmus de Valentia.
- 80. Briandus de Laguiaco.
- 81. Simon.
- 82. Guilielmus.
- 83. Bertrandus de Capella.
- 84. Petrus de Gratia.
- 85. Bernardus.
- 86. Humbertus de Montecalvo.
- 87. Theobaldus de Rubecomonte.
- 88. Joannes de Nanto.
- 89. Joannes de Noiry.
- 90. Guilielmus de Landuno.
- 91. Gaufridus Vasalli.
- 92. Joannes de Picavia.
- 93. Antonius de Poissiac.
- 94. Guido de Poissiac.
- C 95. Aultrius Amarius.
- 96. Angelus Caro.
- 97. Antonius de Claramonte.
- 98. Federicus de S. Severino.
- 99. Alexander de S. Severino.
- 100. Petrus Palmier.
- 101. Carolus Marillac, Arvernus, Bertrandi Episcopi Reboensis frater, 1560. ann. mente Decembri decessit. Paulo ante obitum Conventui ad Fontenbellaquam habito interfuit, & gravem habuit orationem, quam refert Jac. Aug. Thuanus Hist. lib. 25. & lib. seq. ejusdem pium Antillius obitus causam commemorat.
- 102. Joannes de Broffe.
- 103. Vespasianus Gribaldus.
- 104. Petrus Villarius de Villars. Post varios honorum gradus in Regno Gall. obitus, in regenda & administranda Ecclesia & Diocesi primum Mirapicensi, postea Viennensi, ab an. 1561. curis, laboribusque & itineribus testis, vivae & efficacis fidei in Deum, & spei plenus, placide in Christo obdormivit, an. 1592. aetat. 75.
- D 105. Petrus Villarius, primum in Episc. Mirapicensi, deinde in Archiepisc. Viennensi patrio successit, S. Theologiae Doct. Paris.
- 107. Hieronymus Villarius, antea per decennium Consiliarius Regis, Viennensis Archiepisc. constituitur, ann. 1601. Qui cum totus 24. an. in duabus Praelaturis, Episcopatu scilicet Mirapicensi, & Archiepiscopatu Viennensi, operam indefessim navasset, a Clemente VIII. Pontifice Max. & Henrico IV. Rege Christianis, facile impetravit, ut fratrem dignum profecto successorem electum in locum suum substitueret.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM ARELATENSIS ECCLESIAE Arles.

Metropolis Civitas Arelatenfis, seu Viennensis secunda, sita super Rhodanum flumen, clarissima Colonia Romana in Gallia, a Tiberio Nerone, patre Tiberii Augusti, deducta, ut Sueton. scripsit, quam Romam Galliam, id est, parvam Romam inter Gallias, Antonius de claris Urbibus nominat. Urbis autem Arelatenfis a S. Throphimo, BB. Petri & Pauli discipulo (cui Templum Archiepiscopale dicatum est) primitias nostrae religionis suscepit, qui primus fuit Episcopus missus ad praedicandum Dei Evangelium, & ex cuius praedicationis fonte (ut Zozimus Papa scribit) omnis Gallia fidei rivulus accepit, Praedicasse eum in Gallis ab an. Dom. 59. memoriae reliquit Ado in Chronico, & in suo Martyrol. 4. Kalend. Januarii.

1. S. Throphimus, BB. Petri & Pauli discipulus fuit, ab eoque ad praedicandum missus, Arelatem pervenit, ibique primitias religionis Christianae collegit, Praedicasse eum in Gallis ab an. Domini 59. memoriae reliquit Ado in Chronico, & in Martyrol. 4. Kalend. Januarii. Item apud Arelatem Natalis S. Throphimi Episcopi & Confessoris, discipuli Apostolorum Petri & Pauli.

2. S. Regulus, deinde Silvanectensis Episc.

3. Felicitissimus.

4. Felix.

5. S. Honoratus.

6. Martianus: hic Novorianus, ut scribit B. Cyprian. 4. 13. lib. 3. ad Stephanum summum Pont. an. 254.

7. Heras, pius Pastor a populo expellitur.

8. Marinus, in Concilio 1. & 2. Arelatenfi interfuit, tempore S. Silvestri, an. 326.

9. Valentinus, hic Conc. Agrippin. an. 348.

10. Saturninus, Arianus, hujus factione exul factus est B. Hilarius Episcopus Pictaviensis, anno 361, Hieronym. in Chronico.

11. S. Patroclus, hic occiditur a quodam Barbaro, an. 426. Prosper. in Chronico.

12. Hilarius, clarus habetur, ann. 439. Hic ad Eucherium Lugdunensem scripsit, de quo & Leo P. P. I. epist. 67.

13. Ravennus, ad hunc scribit epistolam 88. Leo summus Pontifex.

14. Sabaudus, in Conc. Matiscon. secundo interfuit.

15. Etherius, hic Augustinum Anglorum Archiepiscop. jussu B. Gregorii summi Pont. ordinavit.

16. Virgilius, ad hunc scripsit B. Gregorius, Monachus Leriniensis, & Abb. Augustodunensi. Archiep. ann. 591. Obiit 5. Martii 648. Greg. Turon. de eo lib. Hist. cap. 23.

17. Germanus, an. 649.

18. Felix, in Synodo Romae habita sub Agatone cuiv. 1. 25. Episcopus Occidentalibus.

19. Joannes, in Concilio Arelatenfi sub Carolo Magno.

ALTERA SERIES ARCHIEPISCOPORUM Arelatenfium.

Deprompta ex Historia Provinciali, auctore Cesare Nostradamo.

- S. Casarius.
- Praefajus.
- Aurelianus.
- Hyerianus.
- S. Virgilius, prius Abbas Leriniensis, electus Archiepiscop. an. 591. vixit ad an. 649.
- Theodosius.
- Joannes.
- Aulrobertus.
- S. Aurelius.
- Martinus.
- Junodius.
- Robertus.
- Virimarius.
- Arladius.
- Lupus.
- Nomus.
- Rostagnus.
- Ierius.
- Pontius.

TERTIA ARELATENSIS ARCHIEPISCOPORUM SERIES.

Subministrante P. Clariss. Joanne Savaro, Pratore Claramontensi.

- Sanctus Throphimus.
- S. Dionysius.
- S. Regulus.
- S. Secundus.
- S. Felicitissimus.
- Marinus.
- Martinus.
- Hirafius.
- Crescentius.
- Iraius.
- Ambrosius.
- Martinus.
- Ingenius.
- Augustinus.
- Hieronymus.
- Valentinus.
- Saturinus.
- Hevet.
- Arremius.
- S. Patroclus.
- Honoratus.
- S. Hilarius.
- Ravennius.
- Leontius.
- Lonius.
- S. Casarius.
- Auxilianus.
- S. Aurelianus.
- Hapandus.
- Virgilius, seu Vigilus.
- Etherius, five Eleutherius.
- Licerius.
- Theodoricus.
- Eucherius.
- Rotlandus.
- Rostagnus.
- Manasses.
- Ierius.
- Aimo.
- Poncus, seu Pontionus.
- Nairrabadus.
- Aycardus.
- Gibelinus.
- Attomius.
- Bernardus.
- Guilielmus.
- Raymundus de Monte.
- Raymundus de Abalena.
- Petrus.
- Imbertus de Aqueria.
- Michael.
- B. de Sancto Martino.
- Hugo Boardi.
- Joannes.
- Berrianus.
- Joannes.
- Florentinus Card.
- B. Card.
- B. de Angufello Card.
- B. Almaricus, seu Amalricus.
- D. Capra.
- L. de Ferreris.
- Arnaldus de Faltieris Card.
- Gallardus.
- Jasbetus.
- Joannes.
- Stephanus.
- Guilielmus de Sardis Patriarcha Hierosolymitanus.
- P. de Crofo Card.

A Joannes. Artaudus. Joannes Card. Offienfis. Ludovicus Alamandi Card. Arel. Petrus de Fuxo Card. Arel. Ph. de Levis Card. Eustachius de Levis. Z. de Lepinat. Nicolaus de Sibo Card. Joannes Ferrerius. Joannes Ferrerius, nepos præcedentis. Jacobus de Broular. Robertus de Lenoncourt. Prosper de Sancta Cruce Card. Silvius de Sancta Cruce. Horatius Montanus.

SERIES EPISCOPORUM & ARCHIEPISCOPORUM AVENIONENSIS ECCLESIAE.

B Avenio, quam Cavarum Mela esse ait, sita est ad Rhodanum in Comitatu Venusino: provinciis Gallie inclusa est, sed Pontifici Romano parere cepit anno 1360. cum à Joana eius nominis prima Sicilia Regina & Provincie Comitissa cum emisset, fuitque exinde Pontificum Sedes annos totos 60. Joanne XXI. Pontifici Maxim. Curiam Romanam eo transferente. Urbs hodie potens, nobilis, amena, antiqua: utramque Rhodani ripam longissimo pulcherrimoque ponte connectit. Templum Archiepiscopale Sanctæ Mariæ de Donis dicatum est. Episcopatus olim erat Arelatensi Archiepiscopo Suffraganeus, nunc autem Archiepiscopi dignitate gaudet. De eadem Civitate ita cecinit Julius Cæsar Scaliger in Urbibus:

Vivendi ratio cum libertate recepta,
Efficiunt ut sis altera Roma tibi.
Templa, forum, celso subducta palatia celo,
Magna hæc, te plus est dicere posse tuam.

C Petrus de Corbario 1226. Fr. Nicolaus de Corbeja. Bernardus. Goem. Robertus de Ucceria. Andreas de Angolefmo. Bertrandus Aymini. Guilielmus de Mandagoso, Juris enarrator & sublimis interpres: scripsit nonnulla opera, referente *Tribemio*. Obiit Avenione circa annum 1324. Fuit & Archiepisc. Ebreduensis.

Jacobus de Euzza, Caturcensis, humili loco natus, Roberti Siciliae Regis Cancellarius, dein Forojulienfis Episcopus est, dein Avenionensis anno 1310. & anno 1312. creatus Cardinalis: tandem summus Pontifex electus anno 1316. & Joannes 20. vel ut aliis placet, 22. dictus: Obiit anno 1334.

Amaldus de Veza, seu Via. Obiit Avenione 1338. Pia quædam opera in laudem B. Mariæ Virginis edidit.

Vacat. Joannes Mirapicentis. Vacat.

Angelicus Grimaldi à Grifaco Cardinalis, nepos Urbani V. Papæ. Obiit Avenione 16. Cal. Aprilis 1387. Faydus de Agrifolio. Petrus Girardi. Egidius Bellamerius. Guido de Bochagio. Guido Spicfam. Guido de Rossillon. Marcus de Condelmeriis. Alanus de Coetivis, Cardinalis, obiit anno 1474. ætatis 66. Julianus de Ruvere, primus Avenionensis Archiepiscopus. Antonius Flores. Orlandus Caretus.

Hippolytus de Medicis, Leonis X. & Clementis 7. nepos E. Cardinalis, morte sublatus Anno 1535. annos solum natus 24.

Alexander Farnesius. Annibal Buzus. Alexander Farnesius, iterum. Felicianus Capironus.

Georgius de Armaniaco, Cardinalis, de quo *Joannes Antonius Petramellarius in continuatione ad Onuphrium Panvinum de summis Pontificib. & S. R. E. Cardinalibus*.

Dominicus de Grimaldis. Franciscus Maria Taurufus, Politianus, Cardinalis, Ananialium Ecclesiasticorum Cardinalis Baronii priores Tomos Italicè reddidit. Obiit an. 1608. Romæ.

Joannes Franciscus Bordini, scripsit historiam summorum Pontif. impressam Parisiis an. 1621. postquam uno circiter anno obiisset.

Stephanus Dulcis successit, & anno 1621. Cathedram administrat.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM EBRODUNENSIS ECCLESIAE.

Ebrodunum Alpium maritimarum, Eberodunum veteribus Geographis appellatur. Aliud est Ebrodunum in finibus Helvetiorum. Sed id, de quo nunc agimus, Archiepiscopali dignitate ornatum est, & templum Cathedrale S. Mariæ de Donis dicatum.

Gallurinus, interfuit Concilio Aurelianensi quarto. Emeritus, in Concilio Maticonensi 2. & Herus in Concilio Cabilonensi.

Gerturnacus, alias Berdmundus. Sedebar circa annum 876. & interfuit Comitibus, quæ sub Carolo Calvo Imperatore Ticini habita sunt eodem anno, vel ut aliis placet, anno 877.

Guilielmus, ad quem scripsit adversus Perobrosianos hæreticos Petrus Abbas Cluniacensis, tanquam Catholicum & Missæ observatorem, ut videte est *Epistola 12. libri 1. Epistoliarum ejusdem Abbatis*.

Henricus de Segusia, S. R. E. Cardinalis Offienfis, creatus à Papa Urbano 3. circa an. 1262. Guilielmum Durandum Speculatorem dictum, auditorem habuit, & præter eximiam in utroque jure scientiam, Theologica claruit: scripsit super quinque libros Decretalium.

Item Summam utriusque juris, quæ vulgò Summa Offienfis vocatur. Obiit Lugduni an. 1281.

Guilielmus, S. R. E. Cardinalis factus an. 1298. à Papa Bonifacio VIII. quem multum adjuvit, cum librum Decretalium composuit.

Guilielmus de Mandagoso, ex Archiepiscopo Ebreduensi S. R. E. Cardinalis creatus: fuit Juris enarrator & subtilis interpres. De eo fit mentio in *prologio sexti Decretalium*. Scripsit multa opera. Obiit Avenione circa annum 1324. Dein Archiepisc. Avenionensis extitit.

Pastor de Albenaco (Aubenac) Gallus, Ordinis Minorum ex Archiepiscopo Ebreduensi S. R. E. Cardinalis sub Papa Clemente VI. Multa in sacros prophanoque libros Commentaria scripsit. Obiit Avenione an. 1354.

Bertrandus de Deucio, Legum Doctor, ex Archiepisc. Ebredu. Presb. Card. T. T. S. Marci & S. R. E. Vice-Cancellarius sub Benedicto XII. Obiit Avenione.

Petrus Sarocenacus (de Sarcenis.) Ex Archiepiscopo Ebreduensi Cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tyberim T. T. S. Callisti in creatione prima Cardinalium Clementis VII. anno 1378.

Rostagnus de Anceduna 1505. Nicolaus de Flisco, Cardinalis. Julianus Medicus, Cardinalis.

Franciscus de Tournon, Card. Antonius de Levis. Baltazar Hercules.

Robertus de Lenoncourt, Card. Guilielmus d'Avancon, interfuit generalibus Comitibus Blasis habitis an. 1588. à Clero suo delegatus.

Honorarius de Laurentis: orationem funebrem dixit Regiæ

A ginæ Hispaniæ, anno 1611. & anno sequenti, 24. Januarii mortuus. Fratrem habuit Gasparem Arebatensem Episcopum. Successit quidam ex Ordine S. Francisci, sive Minorum, qui ante totius Ordinis Generalis fuit.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM NARBONENSIS ECCLESIAE.

Narbona, Gallie Narbonensis oppidum primum, cognomento Martium, ex eo quòd Cæsar ex Martis legione Colonos deduxerit, antiqua Colonia populi Romani.

Sanctus Paulus, Apostolorum discipulus, primus Narbonensis Episcopus, Narbonam advenit, ut testatur vetus Martyrologium Romanum 11. Kalend. Aprilis. Narbonæ Sancti Pauli Episcopi discipuli Apostolorum. Idem habet Martyrologium Adonis Viennensis 11. Kalend. Aprilis.

B Hilarius: ad eum extat *Epistola Bonifacii Pape 1. Tomo 1. Conciliorum, Baronius in Annalibus ad an. Christi 420. 429.*

S. Ruficus, ex *epist. 92. Leonis Pape*. Migerus, in Concilio Narbonensi anno 599. apud Baroniolum.

Sergius, anno 600. Salva, seu Selva, alias Sylva, in Concilio Toletano 4. 5. & 6. an. Christi 633. 638. quibus subscripsit.

Felix, ex manuscripto Codice. Argebaudus.

Sanctifredus, in Concilio Toletano 13. interfuit per Peccatum Abbatem Procuratorem suum, & Concilio 14. & 15. id est anno Christi 684. 688.

Defunt hic.

Bartholomæus Nebridius, fuit in Concilio Arelatensi 5. à Carolo Magno an. 813. *Baronius anno 813.*

C Bartholomæus, circa an. 838. cuius meminit, ut & Nebridii. Agobertus Lugdunensis Archiepiscopus.

Sigebodus, circa an. 858. de quo *Tvo Carnotensis Episcopus epist. Decretis part. 3. c. 98.*

Agus, circa an. 883. S. Theodardus, 887. Arnulfus.

Aymerius. Hermindandus de Narbona, 974.

Defunt hic, temporum calamitate & injuria.

Vvefridus, Concilio Tolosano interfuit anno 1056. *Baronius.*

Dalmatius 1087. Bertrandus 1085. Theobaldus, excommunicatus à Gregorio VII. in Concilio Romæ habito 1096.

Arnaldus de Levesio, 1121. Berengarius de Narbona. Pontius de Arfatio, 1165.

D Petrus Aurelli, 1176. Joannes, primò Episcopus Pictaviensis 63. numero, postea Narbonensis Archiepiscopus, an. 1181. tandem Lugdunensis à Lucio 3. Pp. & Legatus in Franciam missus.

Bertherandus Ganellus, 1191. Arnaldus, Abbas Cisterciensis XVI. ordine, circa annum 1213.

Guilielmus de Proja, 1249. Guido Grossus Falcaudi, natione Narbonensis, prius Episcopus Anicenis, seu de Podio, anno 1259. mox Narbonensis, S. Rom. Ecclesie Cardinalis, dictus Sabinenfis Cardinalis, tandem summus Pontifex Clemens quartus dictus. Scripsit multa volumina, in Bibliothec. Vaticana servata.

Maurinus, 1272. Petrus, 1282. Egidius Ansellin, vel Anellini, an. 1309. patrus Auberti Ansellin Clavo-Montensis Episcopi 67.

Bernardus de Fargis, 1312. Joannes Rogerii, Lemovicensis, anno 1365. at anno 1375.

à Gregorio XI. Pp. in creatione Cardinalium Presbyter Cardinalis creatus.

Franciscus de Castellau, Archiep. Narbonensis & Cardinalis.

Raynaldus Borbonius, 1480. Caroli I. Ducis Borbonii filius naturalis.

Franciscus de Halle, 1490. Georgius de Ambasia Cardinalis, tandem Rhotomagensis Archiepiscopus, an. 1498.

Franciscus Guillelmi, 1505. Guilielmus Briconeus, Turonensis, S. R. E. Cardinalis Prænestinus, prius Rhemenfis Archiepiscopus, postea Narbonensis. Obiit Narbonæ mense Januario 1514. ibique sepultus.

Hippolytus Estensis, Hercules I. Ferrariæ Ducis filius, Cardinalis Ferrariensis dictus, creatus Archiepisc. Narbonensis anno 1516. postea Lugdunensis, tandem Auxitanensis. Obiit 1520.

Joannes Lotharingus, Cardinalis, prius Archiepiscopus Narbonensis, & totius ordinis Cluniacensis Abbas, tandem Rhemenfis Archiepiscopus, obiit an. 1550.

Franciscus de Pisanis 1567. Simon Vigor, Doctor Theologus Parisiensis, reversus à Concilio Tridentino à Rege Legatus an. 1563. Archiepiscopus Narbonensis creatus est.

Franciscus à Joyeulâ, postea Tolosanus Archiepiscopus, tandem Rothomagensis, Cardinalium Decanus: obiit anno 1615.

Ludovicus de Vervins, anno 1620. Cathedram tenet feliciter.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM TOLOSANÆ ECCLESIAE.

Tolosa, Gallie Narbonensis urbs, Occitaniae vulgò *Lunguedoc* caput, antiquissima; tradunt enim nonnulli, Tolosam ante bellum Trojanum ædificatam fuisse, in eaque multa supersunt vestigia Romanæ antiquitatis, & Gothorum qui olim eam habitaverunt, teste *Gregorio Turonensi lib. 8. Histor. cap. 30.*

Cum verò hic videretur messis multa, operarii pauci, factum, ut favore Joannis XXII. Pp. Ecclesia quæ antea erat Prioratus Regularis Ordinis S. Augustini, in Episcopalem 8. Kalend. Martii anno 2. ejusdem Pontificatus, id est, an. 1318. erigeretur.

Ecclesia Cathedralis D. Stephano dicata: tutelaris verò Patronus S. Saturninus, cujus nominis est Ecclesia Abbatialis localis.

In ea Sanctorum Jacobi, Simonis & Judæ, Philippi & Jacobi, Barnabæ & Bartholomæi, Saturnini & Euxperii, Papirii, & Egidii, Georgii, Claudii, Nicoftrati, Simphoriani, Castoris, & aliorum corpora seu reliquæ aservantur, ideòque in ea sequentes verius literis aureis exarati leguntur:

*Omnia silustres aliena climata terre,
Non est in toto sanctior orbe locus.*

1. Sanctus Saturninus, (S. Sernin) Martyr, 3. an. sedit, & sub Decio septima persecutione passus est: cujus corpus in Ecclesia ejus nominis quietit. *Gregorius Turonensis lib. 1. hist. cap. 30. lib. 6. cap. 112. & lib. 10. cap. H. 29. & lib. 1. de Miracul. cap. 31.* In eum maximam Civium ac plebis iram concitatum fuisse, scripsit Maldonatus: quod Tolosatum Capitolium, id est, Officium Idoliolatricæ, quoties transfret, responsis Dæmonum, quæ dari isthinc, petique solebat, suppressit, velut conticere falsos ipios Deos cogeret. Igitur vestigis per gradus Capitolii præcipitatus, vitam finivit, relictus ad pedes penulcibovis, ut memorat *Greg. Turonensis lib. 9. Epistol. Epistol. 16. de scriptis.*

2. S. Honoratus Confessor, prædicti S. Saturnini discipulus, in prædicta Ecclesia quietit retro altare.

3. Divus Papullus, Martyr, jacet in prædicta Ecclesia; S. Saturnini familiaris, cui commendavit Tolosam, cum in Hispaniam periret ad verbum Dei prædicandum.

4. Divus Sylvius, Confessor, Ecclesie D. Saturnini dicatae jecit fundamenta, in qua jacet. Ejus Natalis recolitur pridie Kalend. Junii.

5. Divus

A 5. Divus Exuperius, Confessor. inceptam Ecclesiam D. Saturnini perfecit, in qua etiam jacet. De eo *Gregorius Turon. histor. lib. 2. cap. 13.*
 6. Divus Germerius, Confessor. Sepultus in Ecclesia Parochiali D. Jacobi de Murello in eadem Diocesi, ubi à populo summa veneratione colitur.
 7. Maximus, ex Palatino invitatus renitenfque coactus est à populo fieri Episcopus; de cuius egregia ratione vivendi agit *Sidonius lib. 4. epist. 24. ad Turin.* Claruit circa annum 440.
 8. Leontius, Tolofanus Episcopus, subscripsit primo Concilio Aurelianensi, anno Christi 512. sub Clodoveo primo Rege.
 9. Magnus, anno 10. Childerici Regis, id est, circa annum 524. ut testatur *Gregorius Turonensis historiae libr. 7. cap. 27.*
 10. Divus Hilaris, seu Hylaris, Confessor: quiescit in eadem Ecclesia S. Saturnini. Ejus Natalis dies colitur Calend. Junii.
 11. Bernardus, bonus homo.
 12. Amelius: vixit sedente Paschali 2. Papa & regnante Ludovico Crasso rege Francorum.
 13. Arnaldus: ejus tempore Tolose habitum fuit Concilium auctoritate Victoris 2. Pontificis Maximi, anno 1056. cui Arnaldus subscripsit.
 14. Raymundus: subscripsit cum Viviano Episcopo Ruthenensi sententiam condemnatorie late ab Inquisitoribus fidei contra B. Ottonem, & alios, 6. Cal. Januarii 1047.
 15. Hugo.
 16. Petrus Rogerius.
 17. Durandus.
 18. Ylarius, Yarnus, quondam dominus urbis Varenfis, cum quibusdam aliis suis consanguineis, ann. 1098. urbem cum redditibus donavit Florardo Abbati sancti Pontii de Thomeris, ut Prioratum Ordinis D. Augustini in eadem urbe institueret: postea in Episcopatum erectus à Joanne XXII. Pp. anno 1318.
 19. Rogerius.
 20. Amelius.
 C 21. Raymundus II.
 22. Guilielmus.
 23. Geraldus de Bertha, aliàs de Baria.
 24. Hugo II.
 25. Fulcrandus, obiit 14. Aprilis 1200.
 26. Raymundus III. de Rabastens.
 27. F. Fulco, Massiliensis Religiosus & Abbas Floragie Ord. Cisterciensis, à Comite Tolofano Albigenfium Hereticorum Duce & Principe, Episcopatu expulsum est. Obiit die Natalis Domini 1231. vel an. 1213.
 28. Raymundus IV. de Falquerio, ex Priore Monasterii Fratrum Prædicatorum Tolofæ, Episcopus electus fuit, anno 123. Fundavit & ædificavit Ecclesiam & Conventum fratrum Prædicatorum Tolofæ. Rexit annis 39. Obiit anno Domini 1270.
 29. Bertrandus de Insula: hic ædificari jussit Chorom, & undecim Capellas in circuitu præfati Chori. Fundavit, atque dotavit 12. Presbyteros præbendatos in eadem Ecclesia, qui vocantur Præbendati de duodena. Obiit in dicto Castro de Balmario, ultima Januarii 1280.
 D 30. Hugo Mafcaris. Obiit Romæ 6. Decemb. 1296.
 31. Ludovicus, filius Caroli secundi Regis Siciliæ Ordinis Fratrum Minorum, cujus corpus requiescit in Ecclesia Fratrum Minorum Massiliæ: miraculis claruit, quem inter sanctos Confessores retulit Joannes XXII. Pp. anno 1313. *Platina.* Uno anno tantum rexit Ecclesiam.
 32. Arnaldus Rogerius de Convenis, filius domini Bernardi Comitum Convenarum.
 33. Petrus de Arrablay, D. de Capella Taillefer, Lemovix S. R. E. Presbyter Cardinalis anno 1305. & Gallia Cancellarius anno 1316.
 34. Gaillardus de la Mothe, aliàs de Preffage, nepos Clementis Papæ V. primò Episcopus Tolofanus, tandem Vafatenfis. Hic ultimus fuit Episcopus; nam Episcopatum in Archiepiscopatum erexit Joannes 22. Pp. anno 1317. attribuit ei 7. Episcopos Suffraganeos.
 35. Joannes Raymundi de Convenis, (de Comminges) filius Comitum Convenarum, primulque Archiepiscopus To-

lofanus, ordinatus à Joanne Pp. 22. cum esset Episcopus Malonenfis, mensis Julio 1317. quo anno Episcopatum erexit in Archiepiscopatum: abnuvit Pontificatum Romanum, dum Benedictus 12. electus fuit 1334. Obiit Avenione 1349.
 36. Dominus de Vayraulis.
 37. Guilielmus de Landuno, Ordinis fratrum Prædicatorum: quatuor præbendas seu Capellas S. Dominici fundavit in eadem Ecclesia an. 1340.
 38. Stephanus Cambaruti, aliàs Albranti, Religiosus sancti Benedicti, Clementis Papæ VI. magnus Camerarius, anno 1350.
 Raymundus de Vissalio de Canillac, Canonicus regularis S. Augustini, à Clemente VI. Cardinalis S. Crucis in Hierusalem, anno 1349.
 39. Joannes Cardailhaco, an. 1370.
 40. Franciscus de Sernajo, 1390.
 41. Petrus de S. Martiale, anno 1401. Hic fundavit 4. presbyteros Præbendatos, seu Capellanos, cum uno Clerico, qui vocantur præbendati S. Martialis, & S. Catharinæ, in eadem Ecclesia.
 42. Vitalis de Castro Maurano, 1410.
 43. Dominicus de Florentia, Ordinis Prædicatorum, primò Episcopus Albiensis anno 1379. secundo S. Ponti Thomerianum anno 1382. rursus Episcopus Albiensis, quem anno 1407. reliquit, creatus Archiepiscopus Tolofanus. Obiit anno 1422.
 44. Dionysius de Molendino (du Moulin) Meldenfis, à Libellis regis Caroli VII. ac vitam Ecclesiasticam sequi desiderans, primò Episcopus Parisiensis 1439. deinde in Patriarcham Antiochenum electus, tandem obiit Tolofanus Archiepiscopus 15. Septembris 1447.
 45. Petrus de Molendino, præfuit Archiepiscopatu 12. annis.
 46. Bernardus de Rossfergio, Jus Civile & Canonicum per annos 20. in Academia Tolofana professus est, Eugenii Papæ IV. & Nicolai V. Referendarius sedis Apostolicæ, postea Episcopus Vafatenfis, tandem Archiepiscopus Tolofanus: multa opera scripsit sacre Theologiæ, juris Civilis & Canonici.
 47. Noster de Leone.
 48. Hector de Borbonio, antea Episcopus Varenfis, ejusdem Provinciae.
 49. Joannes de Aureliano, filius Francisci Ducis de Longavilla, Princeps Dunenfis, postea Episcopus Aurelianensis anno 1521. Ex Archiepiscopo Tolofano tandem S. Rom. Eccles. Cardinalis à Clemente VII. factus est ann. 1533. Obiit 1534.
 50. Gabriel Cardinalis de Gondimonte, prius Picavienfis Episcopus, tandem Tolofanus Archiepiscopus, Regis Legatus in Hispaniam; in qua legatione vita functus est anno 1534.
 51. Odo Collineus, à Castillione, prius Episcopus Belvacensis anno 1530. Diaconus Cardinalis, S. Adriani à Castellione nuncupatus, tandem Archiepiscopus Tolofanus. Mortuus in Anglia an. 1571. quò profugerat, ut hereticis hæreticus patrocinaretur.
 52. Antonius Sanguin, S. R. E. Presbyter Cardinalis à Medone dictus, à Paulo III. anno 1539. Titul. S. Mariæ, ab anno 1533. Episcopus Aurelianensis. Obiit mente Novembri.
 53. Robertus de Lenoncourt, Episcopus Cathalaunensis, deinde Merensis, postea Archiepiscopus Arelatenfis & Turonensis, tandem Tolofanus, & S. R. E. Cardinalis. Moritur an. 1561. Metis.
 54. Georgius S. R. E. Cardinalis Armaniacus, anno 1572. antea Episcopus Vabrenfis, postea Ruthenensis, tandem Archiepiscopus, & Vicelegatus Avenionensis, Presbyter Cardinalis TT. Pammachii, postea TT. sancti Laurentii in Lucina, à Paulo 4.
 55. Paulus Foixius (de Foix) post multas in Anglia, Scotia, Italia, de gravissimis rebus legationes, Henrici III. Galliarum Regis, apud Gregorium XIII. R. Pontificem orator, dum Romæ ageret, inter sacra morbo repentino correptus, optimè meritam de Patria & Rege animam Deo reddidit, exente Majo, anno 1584. ætatis 56. *Jac. Augustus Thuanus lib. 8. Historiam sui temporis.*
 56. Franciscus à Joyeuse, S. R. E. Cardinalis Episcopus,

A pus Ostiensis, & Cardinalium Collegii Decanus, Gallia Protector, primò Archiepiscopus Narbonensis, tandem post resignationem factam Ludovico de la Valette Archiepiscopo Rothomagensis factus est. Mortuus anno 1615.
 57. Ludovicus de la Vallette.

SERIES
 ARCHIEPISCOPORUM
 A QUENSIS,
 sive
 AQUARUM SEXTIARUM
 ECCLESIAE. Aix.

Aque Sextia, quas, syllabis quinque hodie in unam contractis, Galli (Aix) appellant, ab aquis & scauriginibus, quæ juxta sunt, calentibus, & à Sexto Calvino, qui apud ea Salios devicit, nomen sumptum, ut auctor est *Paterculus posterior volumine*. Archiepiscopali Cathedra & Curia summa decoratur. Templum autem Cathedrale dicatur B. S. Salvatori transfigurato, cujus festum diem celebrant sexto Augusti.
 S. Maximus, aliàs Maximinus, Christi discipulus, qui cum sanctis Lazaro, Maria Magdalena, Martha, fororibus, & Celi-donio, post ascensum Christi in caelum, classe Massiliam appulit, Aqueus Episcopus (ut quidam scripserunt) morienti sanctæ Magdalene, post Missarum solemniam, sacrosanctam Eucharistiam administravit.
 S. Celdionus, Christi discipulus, qui cæcus natus, Christi beneficio lumen percepit.
 Maximus II. Concilio Arelatenfis IV. interfuit anno 556. Julius, in Concilio Aurelianensi V. anno 568.
 Pientius, in Concilio Maticonensi secundo an. 588.
 Pontius, cum Rambaldo Arelatenfis Archiepiscopo, fuit Vicarius Victoris II. Pontificis Maximi in Synodo habita Tolofæ anno 1056. ut refert *Cesar Baronius Cardinalis sub eodem anno*.
 Hugo, sedebat an. 1257. temporibus Caroli à Francia, Comitibus Andegavensis & Provinciae, postea Siciliae Regis, sancti Ludovici Francorum Regis frater; de quo videndus *Cesar de Nostre-Dame in historia Provinciae parte 2.*
 Vicedominus, vel Bisdominus, eundem Carolum Comitem Andegavensem sequutus, cum in Siciliam profectus est anno 1265, ut eam in potestatem redigeret: quod feliciter evenit.
 Petrus de Pre, Caturcensis diocesis, S. Rom. Eccles. Cardinalis creatus à Joanne 20. dicto 22. Pontifice Maximo anno 1330.
Sub eodem tempore, vel paulò post claruit
 Petrus Aureoli Verberis, Ordinis Minorum, Gallus, Doctor sacrum nuncupatus, ex Archiepiscopo Aqueus, Cardinalis ab eodem Joanne 20. an. 22. Pp. creatus.
 Guilielmus Amici, Lemovix, Rotæ Rom. auditor, postquam Archiepiscopatum Aqueus per aliquot annos rexisset, factus est Carnotensis Episcopus 80. an. 1341.
 Olivarius, in cujus manibus Carolus IV. Andegavensis Rex Siciliae, & Comes Provinciae, qui obiit anno 1481. testamentum Ludovici II. Andegavensis Regis Siciliae deposuit, ut pluribus verbis refert *Cesar de Nostre-Dame, parte 6. historie Provinciae*.
 Philippus, sedebat in Archiepiscopatu Aqueus anno 1487.
 Petrus Filhol, Borbonensis, obiit anno 1540.
 Laurentius Strozius, Regis Francorum exercitui præfectus in Gallia Narbonen. diversa hæreticorum loca armata manu expugnavit, & ad fidem Catholicam reduxit; ob qua & alia præclarè gesta, privati consilarii Regii nomine, & Episcopali Biterrenfis Ecclesie dignitate meruit honestari. Hunc Paulus IV. in gratiam Petri Strozii illius fratris, Presbyterum Cardinalem tit. sanctæ Balbinæ pronunciat. Ex Biterrensi ad Albiensem, mox ad Aqueus Ecclesiam translatus, in Gallias ad meliorem vitam evocatus est Avenione 19. Kalend. Januarii anno 1571. Vide continuatorem Onuphrii.
 Julianus de Medicis, Florentinus, ex Biterrensi Episcopo ad Archiepiscopatum Aqueus evedus est, post Laurentium Strozium Cardinalem: postea fuit Episcopus Albiensis ann. 1574. Obiit in Castro de Aureol. anno 1588.
 Alexander Camigiani, interfuit generalibus regni Comi-

tiis Blesis habitis anno 1588. à Clero suo delegatus.
 Gilbertus Genebrardus, Arvernus, Benedictinus, primùm sanctæ lingue apud Parisios regis Interpres, Hebraicæ antiquitatis arcana plurima, & ea maximè quæ ad rationes temporum subducendas pertinent, perquisivit, & publicavit sub titulo *Chronologie*. Multa eruditiois plena ex Hebraicis & Græcis accuratè transtulit, multaque commentatus est: his studiis senescitatem, Aqueus Archiepiscopatu donavit Gregorius XIV. anno 1593. Sexagenario major, obiit S. muri in Heduis, ubi optimum sacerdotium possidebat, anno 1597. Hæc & plura *Jacobus Augustus Thuanus in historiæ sui temporis lib. 119.*
 Paulus Huralus Hospitalius.
 Guido Huralus Hospitalius, Pauli nepos, & ex ejus resignatione Episcopus factus, in April. 1618. Possessionem adeptus anno 1619.
 SERIES
 EPISCOPORUM
 METENSIS ECCLESIAE
 IN LOTHARINGIA.
 Civitas Metensis, antiqua in Galliarum provincia prima Belgicæ, vinearum ac nemorum uberrima, montibus conspicibilis, venis salinarum illustrior, cæteris civitatibus salubris, sita super flumina Salm & Mosellam. Diviodunum nuncupatur, quasi Divum, id est mons Deorum, eò quòd è regione advenientibus emine re cernitur turribus & ædificiis: Mediomatricum etiam vocatur à circumvicinarum urbium situ: habet namque Trevis Metropolim ab Aquilone: Tullum à Meridie: Viridunum ab Occidente: inter quas floret quasi meta mater. Metis etiam à quodam Victore Metio nomine appellatur: unde illud:
Suffectus dederat nomen cui Metius urbi.
 Ecclesia Cathedralis D. Stephano dicata est.
 De Metensibus Episc. scripsit nonnulla *Richardus de Vaf. jebovz Viridunensis Ecclesie Archidiaconus lib. Antiquitatum ejusdem civitatis*.
 1. Sanctus Clemens, B. Petri discipulus, & ab eo Roma Metim missus, ut Pontificali dignitati præferret: advenit autem quinto Claudii anno, & sedit 25. annis, videlicet sub Claudio I. & sub Nerone XIV. Obiit tempore Vespasiani Imperatoris.
 2. S. Cælestinus, aliàs Cælestis, rexit Ecclesiam annis 15.
 3. S. Felix, 42.
 4. S. Patiens, 10. natione Græcus.
 5. Victor, 9. adfuit Concilio Agrippin.
 6. Victor II. annis 3.
 7. Simeon 30. obiit 14. Kalend. Martii, sepultus in Ecclesia S. Clementis.
 8. Sambatus, 18. sepultus in Eccles. S. Clem.
 9. Rucellus, sive Rufus, sedit 29. ob. 6. Kal. Sept. sepultus in eadem Ecclesia.
 10. S. Adulphus, 17.
 11. Firminus Græcus, an. 488. sedit annis 45.
 12. Legontius, 34. ob. 12. Kalend. Martii.
 13. S. Auctor, 49. ob. 4. Id. Augusti.
 14. Eplecius, 16.
 15. Urbicus, sive Urbicus, 29.
 16. Rynolus, sive Bonolius, 3. obiit 8. Id. Octob.
 17. Therentius, 20. obiit 14. Kalend. Nov.
 18. Gofelinus, 18. obiit 2. Kalend. Aug.
 19. Romanus, 30. obiit Id. Aprilis.
 20. Frominus, sedit 8. an. obiit 6. Kalend. Augusti.
 21. Grammacius, 25. adfuit Concil. Aurel. obiit 6. Kalend. Maji.
 22. Agartimbirius, 12. obiit 4. Id. Maji.
 23. Sperus, 17. ob. 10. Kalend. Sept.
 24. Vvillicus, 25.
 25. Petrus, 10. ob. 5. Kalend. Oct.
 Bruverius Societatis Jesu Presbyter, in Notis ad Fortunatum *lib. 3. cap. 16.* scribit, Villicum Merensem fuisse Episcopatum 25. numero, & ad ipsum Fortunatum scripsisse ibidem, quod etiam probat quodam exemplari, sive Codice manuscripto Episcoporum Metensium: Sedisse notat annis 25. sub Pelagio I. Joanne III. Benedicto I. & obiisse diem Calendis Maji; nec tamen reperitur in Demochare.
 26. Aygul-

- A 26. Aygulphus, ortus ex filia Clodovei Francorum Regis, Episcopatum magnis rebus amplavit: fedit 12. ann. Obiit 10. Cal. Dec. sub Gregorio I. Papa.
- 27. S. Arnulphus, five Arnouldus, fedit ann. 8. Obiit 7. Idus Octobr. superioris nepos, & Dagoberti Regis preceptor.
- 28. Papolus, praefuit an. 24. Obiit 11. Calend. Octobr. Ecclesiam in honorem S. Symphoriani propè muros urbis construxit.
- 29. S. Arnulphus, annis 15. filius Arnoldi Filii Clotarii 2. Regis, anno 629. Austrasiae Mosellanicae Dux: ducatu, uxore & liberis relicto, Monachus Lyrinensis factus est 623. postmodum Episcopus populum sibi commissum annis 15. gubernavit. Obiit anno 641. die 15. Kalend. August.
- 30. S. Goericus Albo, 648. prius Comes, deinde Aquitaniae Rex, opibus plurimis ditavit Ecclesiam Cathedrali: Basilicam S. Petro dicatam construxit. Sedit an. 17. ob. 18. Kalend. Octobr. 667. sepultus in Ecclesia S. Symph. & inde translata fuisse ejus offa ad Castrum Spinal dictum an. 657. ubi cum reverentia reconduntur.
- 31. Dodo, 10. 2. mens. ob. 8. Id. Maji.
- B 32. S. Glotulphus, 11. Arnulphi Ducis Austrasiae, postea Episcopi 29. filius, exemplo patris Monachus, post Episcopus, anno Dom. 665. tandem Trevirensis Archiepiscopus. Obiit 673. die 6. Junii. Sed. an. 42. d. 25.
- 33. Albo, 10. ob. 17. Calend. Maji.
- 34. Aptadius, 13. ob. 12. Calend. Febr.
- 35. Felix, 2. mensibus 9.
- 36. Sigibaldus, an. 25. per omnia Ecclesiae sanctae Dei deidus, duo monasteria construxit & fundavit Claustricam & Novum Vilare Crostlos & Neufailier. Obiit 7. Calend. Novemb. Stephano & Paulo Pp. Constantino & Leone IV. Imper.
- 37. S. Godegrandus, seu Chrodegrandus, Pipini nepos, in palatio Caroli Marcelli educatus, ejusque Referendaris, eloquio facundissimus, orphanorum viduarumque pater & tutor exstitit. Rexit an. 25. obiit an. 800.
- 38. Angeltamus, Archiepiscopus palatii Caroli Magni, rexit annis 33. Novae Cellae Monasterium construxit, in quo quiescit: obiit 8. Calend. Novemb. 800.
- 39. Gondulphus, an. 26. obiit 7. Idus Septemb.
- C 40. Drogo, Caroli Magni filius naturalis, Monachus Luxoviensis, creatur Episcopus 823. praefuit 32. annis. Obiit ann. 855. 6. Idus Novemb. Metis sepultus. *Trithemius lib. 4. cap. 227.*
- 41. Adventicus, 17. annis praefuit, antea Monachus Ordinis S. Benedicti, & Abbas S. Arnulphi Metensis, Carolum cum Hincmaro Archiepiscopo Rhemenis Metis unxit & coronavit. Obiit anno 872. *Trithemius in Chronico Hyflogia.*
- 42. Vallo, five Guallo, fedit an. 6. dieb. 15. à Normannis hostibus interficitur 884. 3. Non. Aprilis 891.
- 43. Robertus, 34. in Conc. Triburienfi 895. Crenobiorum reformator. Pallium à Pp. promeruit.
- 44. Vvigericus, five Diegerus, Germanus, Monachus Sancti Aurelii Hyflogia, & Abbas Monasterii S. Georgii in Nigra Sylva, creatur Episcopus 921. Praefuit annis 10. ann. 931. obiit.
- 45. Benno, eremita, invito Clero factus Episcopus, à civibus Metensibus utroque lumine privatus: praefuit 2. an. & rediit ad eremum an. 925.
- 46. Adelbero, Episcopus factus anno 926. Monachus in Abbatiâ sancti Arnulphi Metensis, anno 939. introduxit: rexit Ecclesiam 36. annis 9. mensibus, 25. diebus. Obiit 964. 7. Kal. Maji.
- 47. Theodoricus, 19. Othonis Imperatoris confobrini. Hic 684. multa sanctorum corpora ab Italia transfuit in Ecclesiam sancti Vincentii Martyris, 970. fundator Ecclesiae Cathedralis S. Stephano dicatae. Ecclesiam rexit 47. annis. *Sigebertus.*
- 48. Adelbero 2. filius Friderici Ducis, creatur 985. fedit an. 28. obiit 18. Kal. Januarii.
- 49. Herimanus, seu Germanus, 19. 1000.
- 50. Popo, 8.
- 51. Adelbero, 22.
- 52. S. Theogerus 2. an. Ecclesiam rexit, Comitis Metensis filius: pontificatu fe abdicans an. 2. Cluniacense claustrum ingressus. Vixit an. 1100.
- 53. Stephanus 43. S. R. E. Cardinalis, an. 1120. Calixti 2.

- Pp. nepos ex sorore, & frater Comitis Barenfis, Obiit 3. Kalend. Januarii, an. Dom. 1164.
- 54. Theodoricus 9. nepos praedecessoris.
- 55. Ferricus 2.
- 56. Bertrandus, Sax. an. 1181. rexit 20. an.
- 57. Theodoricus, 6.
- 58. Conradus, postea Spirensis Episcopus, & Imperatoris Cancellarius: rexit 12. an.
- 59. Joannes, prius Virodunensis Episcopus, clarus genere, sed clariore virtute: rexit 15. an.
- 60. Jacobus 22. annis filius Friderici Ducis Lotharingae, Abbatias, Monasteria & Episcopatum maximo reditu auxit: at postquam rexit Ecclesiam 22. an. obiit plenus dierum, mense Octobr. an. 1260.
- 61. Philippus, praefuit annis 3. ex stirpe Imperiali & Ducis Lotharingae, an. 1260.
- 62. Guilielmus de Tregnel, 6. 1265.
- 63. Laurentius, 10.
- 64. Joannes Guidonis, 2. filius Comitis Flandrorum, deinde Episcopus Leodunus 281.
- 65. Bouchardus de Faveres, fit Episcopus 1283. frater Comitis Hannoniae: rexit 14. ann. obiit pridie Kalend. Decemb. 1296.
- 66. Gerardus de Relanges, 5.
- 67. Reginaldus de Bar: communi omnium suffragio electus Episcopus 1302. frater Ducis de Bar: bellavit contra Ducem Lotharingae, ad defensionem juris Episcopatus, at postquam Ecclesiam per 12. annos rexit, veneno necatus est an. 1316. post cujus obitum vacavit sedes 3. ann. ob litem motam in Curia Roman. inter duos electos à Capitulo, qui postquam renunciarunt, Pontifex Joannes 22. Episcopatum concessit Henrico Dalphin. an. 1319.
- 68. Henricus Dalphin, 6.
- 69. Ludovicus Pictaviensis, 3. an. 1325.
- 70. Ademas, seu Ademarius, Demontii Episcopus factus 1328. antea Ecclesiae Rhemenfis Archidiaconus: rexit Ecclesiam 33. annis. Obiit 8. an. Innocentii Papae 6. id est an. 1360. jacet in Capella S. Joannis, quam fundaverat.
- 71. Joannes de Vienna, 4. an. 1361.
- 72. Theodorus de Bopard, an. 1365. rexit 38. an.
- 73. Petrus de Luxemburgo, anno 1384. Obiit Avenione die 2. Julii 1387. sic 3. annis fedit.
- 74. Radulphus de Couffy, an. 1387. Rexit 28. ann. tandem Episcopus Noviomensis 80.
- 75. Conradus Bayer, anno 1416. rexit Ecclesiam ann. 42. Conventus Fratrum Praedicatorum & Carmelitarum construxit: obiit 21. Aprilis 1459.
- 76. Georgius de Baden, 3. annis.
- 77. Henricus de Lotharingia, frater Ducis Lotharingae.
- 78. Joannes à Lotharingia, prius Mortinensis Episcopus S. Roman. Eccles. Cardinal. Diaconus, Henrici nepos. Is anno 1530. resignavit Episcopatum Nicolao à Lotharinga nepoti, & creatus est Episcopus Albiensis, & Archiepiscopus Narbonensis, tandem Rhemenfis: obiit ann. 1550.
- 79. Nicolaus à Lotharingia, 1550.
- 80. Robertus de Lenoncourt, prius Cathalaunensis Episcopus, postea Archiepiscopus Arelatensis Tolosanus, tandem Rhemenfis, S. Roman. Eccles. Cardinal. Moritur 25. Septembris 1533.
- 81. Franciscus de Beauquere, interfuit Concilio Tridentino.
- 82. Carolus à Lotharingia, S. Rom. Eccles. Cardinalis, Archiepiscopus quoque Rhemenfis. Obiit 10. Decemb. 1574.
- 83. Carolus à Lotharingia, S. R. E. Cardinalis: obiit 24. Novemb. 1607.
- 84. Annas d'Escars de Giury, primùm Episcopus Lexoviensis, S. R. E. Cardinalis à Clemente 8. creatus, filius Francisci Domini d'Escars, & Francicae de Longuy. Obiit mense April. anno 1612.
- 85. Henricus, antea Gasto Foxius nominatus, Regis Henrici IV. filius naturalis.

SERIES EPISCOPORUM VIRODUNENSIS ECCLESIAE

- Qui Comitum dignitate lustrantur.*
- Virodunum, urbs Belgicae primario perameno ad Mosam sita, à Fortunato Vireduina, Basilicis, Monasteriis, templis, quae egregius instructa, Provincialis Treviricae Metropolis, olim in Lotharii regno clara, postea etiam in Imperio Germanico, Comitatus titulo, qui penes Episcopum loci, non obsecuta; sed regno Galliae Henricus 2. Rex adiecit an. 1552. Ecclesia Cathedralis B. Mariae dicata.
- 1. Sanctinus, S. Dionysii discipulus, & Meldensis Episcopus, obiit 118.
- 2. S. Maurus, obiit 150.
- 3. S. Salvinus, 222.
- 4. S. Arator.
- 5. S. Pulchrotonus, S. Lupi discipulus, five Polychrotonus: hic Concilio adfuit Chalcedonensi 630. in quo ordinatum est hoc elogium, *Gaude Maria virgo, cunctis hereses, &c. in* B Ecclesiis debere cantari; & Ecclesiam S. Mariae construxit, in quam translati sunt Canonici.
- 6. S. Possessor, eligitur 470.
- 7. S. Firmus, 480.
- 8. S. Videnus, seu Vitonius, 502. Concilio Aurelianensi tempore Clodovei interfuit.
- 9. Desideranus, Concil. Arvernensi, 529. *Gregorius Turonensi hist. lib. 3. c. 34.*
- 10. S. Agericus, 554. De eo *Greg. Turon. hist. lib. 3. c. 37.* Sigebertus, ad an. 542. Childbertum Regem ex sacro fonte suscepit, ejusque in primis gratia & amicitia floruit. Idem *Gregorius lib. 9. c. 8.*
- 11. Caremerius, 595. referendarius Childberti Regis. *Gregorius Turon. lib. 9. c. 23.*
- 12. Harmenfredus, Monachus Luxoviensis Ordinis S. Benedicti, mox Virodunens. Episcopus. Dom. 609. praefuit an. 12. Obiit an. 621.
- 13. Paulus, 621. Nepos S. Germani Parisiensis Episcopi, Eremita primùm apud Vanzagum montem, deinde Monachus Monasterii Tolligii Diocesis Trevirensis. Obiit an. 648. Pontificatus an. 27. die 7. Idus Februarii.
- 14. Gisladus, 648. Monachus Theoplenfis, praefuit Episcopatum an. 17. Obiit an. 665.
- 15. Gerebertus, 665. Monachus & Abb. Theoplenfis, tyrannidi Ebroini Ecclesiae Dei immensis vectigalibus opprimis constanti resistit: anno 24. Pont. Christi 679. obiit.
- 16. Armonius, 689. Pipini Ducis Brabantiae consanguineus, Monachus & Abb. Theoplenfis, rexit 12. an. Obiit an. 701.
- 17. Agerbertus, 701.
- 18. Bertalenuus, 708.
- 19. Abbo, 709.
- 20. Pepo, 716.
- 21. Volkilius, 722.
- 22. Argonius, 729.
- 23. S. Magdalveus, 735.
- 24. Amalbertus, 762.
- 25. Petrus Italicus, 774.
- 26. Aultrannus, 799.
- 27. Herilandus, 805.
- 28. Hilduinus, 829. De eo *Faucherus de Magistratibus Franciae c. 7. Hincmarus Episc. 3. c. 15.*
- 29. Hatto, 859.
- 30. Berthardus, 869.
- 31. Dado, Conc. Triburienfi, 880. interfuit.
- 32. Barnonius, 920.
- 33. Berengarius, 939.
- 34. Vvlgitridus, 961.
- 35. Hugo, 986.
- 36. Adelbero, 987. Fil. Com. Virodunen. cujus meminit *Sylvestre. Pp. 2. Episc. 58.*
- 37. Adalbero, 988.
- 38. Haymo, 992.
- 39. Raimbertus, 1027.
- 40. Richardus I. 1041.
- 41. Theodoricus, 1042. Hic S. Cononem, qui & Contardum Primicerium Coloniensem ab Imperatore Henrico ad suscipiendum Archiepiscopatum Trevirorum missum, & interfecit à Comite, & transportatum ad Tollegium Monasterium, sepelivit, an. 1067. *Sigeb.*

- 42. Richerus, 1090.
- 43. Richardus, 2. 1107.
- 44. Henricus I. 1117. Ad eum S. Bernardus scripsit *Epistolam 62. suarum Epistoliarum.*
- 45. Ursio, 1129. Monachus & Abbas sancti Dionysii Rhemenfis, Ord. S. Bened. vir admodum pusillanimis, an. 3. Episcopatus iuribus renuncians, ad suum Monasterium revertitur 1131.
- 46. Albero de Chini, 1131. Pro isto B. Bernardus cum cantaret Missam, mutasse collectam defunctorum in collectam Coneslorum traditur.
- 47. Albertus de Marcy, 1156.
- 48. Richardus, 3. 1163.
- 49. Arnaldus de Chini, 1172.
- 50. Henricus de Castres, 1181.
- 51. Albertus de Hirsigis, 1186.
- 52. Robertus de Grandprato, 1208.
- 53. Joannes d'Aspremons, 1217.
- 54. Radulphus de Telta, 1224.
- 55. Guido de Triaguel, 1245.
- 56. Guido de Meloto, eligitur 1245. postea Episcopus Antistiodorensis.
- 57. Joannes d'Aix, 1247.
- 58. Jacobus Pantaleon, Doctor Juris Canonici & Theologus, Laudunensis Archidiaconus sub Innocentio 4. deinde Episcopus Virodunensis, postea Patriarcha Hierosolymitanus, tandem Papa Urbanus 4. dictus, qui festum SS. Sacramenti instituit, an. 1260. Hic natione Trecentis fuit filius, Coriarij, ut ait Antoninus.
- 59. Robertus Mediolanensis, 1257.
- 60. Ulricus de Sarvayo, 1271.
- 61. Gerardus de Grandifono, 1277.
- 62. Henricus de Grandifono, hujus frater, 1278.
- 63. Jacobus de Renigny, 1290.
- 64. Joannes de Richerecourt, 1296.
- 65. Thomas de Blamont, 1302.
- 66. Nicolaus de Novavilla, 1303.
- 67. Henricus d'Aspremont, 1312.
- 68. Orho Pictaviensis, 1350.
- 69. Hugo de Bar, à Clemente, 1352.
- 70. Joannes Borbonius, 1362.
- 71. Joannes de Sancto Desiderio, 1371.
- 72. Guido de Roya, postea Archiepiscopus Rhemenfis, à Gregorio XI. 1376.
- 73. Leobaldus de Confancensi, sub Clem. 7. 1378.
- 74. Joannes de Sarebruche de Saraponte, 1403.
- 75. Ludovicus de Bar, permutatione, 1419.
- 76. Ludovicus de Haraucourt, 1430.
- 77. Guilielmus de sancto Tiery, 1437.
- 78. Ludovicus de Haraucourt, pro secunda vice, 1445.
- 79. Guilielmus de Haraucourt, superioris nepos, 1456.
- 80. Vvaricus Dompmartin, recipitur 1500.
- 81. Ludovicus à Lotharingia, 1508. prius Albiensis Episc. postea Sennonensis Archiepiscopus.
- 82. Joannes Lotharingus, Cardinalis, per resignationem fratris, 1523.
- 83. Nicolaus à Lotharingia, per resignationem superioris 1544.
- 84. Nicolaus Palmatus, Religiosus Ordinis Praemonstratensis 1548. Juris Canonici Doctor, studioforanque amator praeclearus; & interfuit Concilio Tridentino.
- 85. Carolus à Lotharingia, Card. de Vaudemont nancupatus.
- 86. Nicolaus Bonfmar.
- 87. Nicolaus Bouche.
- 88. Erricus à Lotharingia, de Vaudemont, resignavit Carolo nepoti.
- 89. Carolus à Lotharingia, filius Henrici Comitis de Chaligny, an. 1620. feliciter regit Ecclesiam, verbum Dei praedicans. Quam functionem quamvis divino jure sibi in cumbere non possint ignorare, admodum parca tamen Episcopi hoc tempore exercent. Et licet huic muneri & dignitati maxima cum hinc praesert & prodesset, patientior tamen, tranquilliorque vitæ amans, Religiosus Societatis Jesu sese addidit, Gregorio XV. Pontifice consentiente.
- 90. Franciscus à Lotharingia, ex Decano Colonienfi, & Abbate Medii-Monasterii, ad hanc sedem promovetur, per cessionem Caroli fratris, 1623.

SERIES EPISCOPORUM TULLENSIS ECCLESIAE. Toul.

- Tullus, & Tullensis civitas, cujus cives a Casare, & Luano, hoc nomine designantur. Optimus excussio Remus Leucaque lacerto. Ecclesia Cathedralis D. Stephano dicata. 1. Sanctus Manueus, discipulus sancti Petri, socius S. Clementis Episcopi, Metensis, natione Scotus. 2. S. Amon. 3. S. Alca, sive Altha. 4. Celcinus. 5. Apicitus, sive Auspicius. 6. Ursus. 7. Aper, sive Eperus. Obiit 140. 8. Albinus, 245. 9. Triforicus. 10. Dulcitius. 11. Premon. 12. S. Antimundus, Marryr 273. Vacavit sedes trecentis annis. 13. Eculanus. 14. Teuffidus, tempore Dagoberti, 631. 15. Leudinus, vel Leubinus. 16. Eborinus, Eborachus, vel Eburus. 17. Adepodatus, Leucorum Episcopus. 18. Bodo. 19. Eborus. 20. Ermetus, vel Ermenchus. 21. Magoldus, vel Magnaldus. 22. Dodo. 23. Godo, tempore Pipini. 24. S. Bodo. 25. Gribualdus, sive Garibaldus. Cœnobii divi Michaelis autor & dotator, & ibidem postmodum prædis mundi delicis Monachus: deinde ob pietatem Tullensis Episcopus electus. 26. Jacobus, relicto Episcopatu, Monachus efficitur in Monasterio S. Benigni Divionensis, ibique quiescit. Floruit an. 750. De Roziers Tomo 3. Historie Lotharingie c. 53. 27. Berno, Borno, Bono, vel Boyo. 28. Unanimitus. 29. Frontinus. 30. Arnulphus, in Concilio apud Saponarias 859. propè urbem Tullenem. 31. Amaludus, superioris nepos; in coronatione Caroli Calvi Metis in Regem Aultrafræ, 869. & Synodo Pontigonensi, 876. & Tricassina, 878. Obiit 894. 32. Lugdelinus, vel Ludolinus. 33. Drogo. Obiit 922. 34. Gauclinnus, vel Goslinus. 35. Gerardus, Colonta Agrippina ortundus. 36. Stephanus. 37. Robertus, ex monacho Metelochiensis: vix anno præfuit. 38. Bertoldus. 39. Herimannus, Colonia natus & sepultus, 1026. 40. S. Bruno, qui postea Papa factus Leonis 9. nomine; retulit Gerardum superiore inter Sanctos. Titulum etiam priorum Tullensis Episcopi, quoad vixit, retinere voluit: diem suum obiit 1054. 41. Numberus Silva Candidæ, Episcopus Cardin. Galus, Monachus Tullensis, Ordinis sancti Benedicti, a Leone Papa IX. 1054. Constantinopolim delegatus, coram Imperatore, & Patriarcha tanta facundia adversus Græcorum errores disseruit, ut Nicetas Pectoranus Monachus librum, quem contra Romanam Ecclesiam Attico supercilio conciperat, sua manu flammis devoverit. Eius velitationis acta quædam in Episcoporum Virdunensium historia. 42. Udo, vel Odo: hunc Leo 9. sibi successorem elegit. Obiit 1170. 43. Bibo, vel Pibo: fit postea Monachus Divinensis. Interest Concilio Claromontano, 1095. & obiit 1107. 44. Riginus. Obiit 1124. 45. Henricus, filius Theodorici Lotharingie Ducis. Sequitur est Ludovicum 7. Regem Francie in expeditione Jerusalem A. C. 1147. Obiit 1165.

- 46. Petrus de Bricejo, Obiit 1191. in peregrinatione Jerusalem. 47. Odo, vel Otto, de Sorcio, Sorcey: obiit 1197. 48. Mathæus. 49. Gerardus de Pulligny. 50. Odo de Vodemont. 51. Garinus. 52. Rogerius de Marey. 53. Agidius, vel Gilo. 54. Conradus à Tubinga, Minorita, 1276. 55. Probus, ex Provinciali Alemanie Ordin. Franciscan. 1287. 56. Joannes à Ziereick, vel Sierck: obiit 1305. 57. Guido, obiit ante adeptam possessionem Roma rediens. 58. Odo de Grandion. 59. Otto de Columna, Romanus, postea Papa Martinus V. 60. Joannes ab Artzileo, d' Artziliers. 61. Amedeus Comitis Gebennensis filius. 62. Thomas Bolaimont. 63. Bermandus à Turre. 64. Petrus à Barreria, Aquitanus, postea Cardin. 65. Joannes à Hoyoy, de Heu. 66. Joannes à Novocastro, Cardin. 67. Philippus de Ville sur Tron. 68. Henricus de Ville sur Tron, Philippi superioris frater, interest Concilio Constantiensis, 1414. 69. Ludovicus Haracurius. 70. Guillelmus Filare. 71. Antonius à Novo-Castro, obiit 1490. 72. Oricus de Blammont, obiit 1509. 73. Hugo des Harards. Obiit 1517. 74. Joannes à Lotharingia. 75. Hestor de Ailly, Arverous, ex cessione Jo. Lotharingi. 76. Antonius Peregrinus. 77. Hispanus d' Hocedy, Hujus tempore 1552. urbs venit in potestatem Regis Francie. Obiit 1565. 78. Petrus de Castellet, du Castellet, obiit 1580. 79. Carolus à Lotharingia, Cardinalis de Vandemont, electus Tullensis, & postulus Virdunensis, litteris, pietate, & ætate florens, obiit 1382. 80. Christophorus à Valle, de la Vallee, obiit 1607. 81. Joannes Porcelletus. 82. Carolus à Lotharingia. Particulariorem vel accuratorem omnium penè Gallie, & confinium Episcoporum, Suffraganeorum, Diaconorum, & Abbatum enumerationem, videat Lector in Claudii Roberti Gallia Christiana, & Jacobi Severii.

EPISCOPI GENEVENSES.

- Geneva, vel Genabum, Allobrogum Janua, & Aurelia, Janava, Genua & Genova dicitur: extremum oppidum Allobrogum est, proximumque est Helvetiorum finibus, qua Rhodanus præceps rapitur genitore Lemano lacu, qui in longitudinem stadiis 400. in latitudinem 150. extenditur, ubi & trutte centum librarum capiuntur, ut Greg. Turon. lib. 1. miracl. c. 75. Episcopi (qui & Princes memorantur) sedes pro tempore Aniffii, vel Anicii, ad alterum lacum in Ducatu Gebennesi (Genevensis) posita est, occupata per vim & fraudem Geneva à novatoribus perfidis, & à vera Ecclesie castri transfugis, jam ab an. 535. cum vera Religio hic perseverat à predicatione S. Nazarii, qui inter ceteros cives Genevenses S. Celfum adhuc juvenem ad fidem converterit, postea Marryrii socium habuit Episcopi autem hic maxime reperiantur: S. Paracedus, vel Paragodes. Donatianus. Maximus. Salomus. Caritho. Paulus, vel Papulus. Apelinus. Ataldus. Optandus. Hugo. Fridericus. Guido. Humbertus, cum Aymone Comite litigavit de urbis imperio 1124. Arditius.

- Artus, vel Artusius. Bernardus, 1312. Joannes de Minoliis, vel Maurellis, Cardinalis 1385. Joannes de Broniac, postea Cardinalis Episcopus Ostiensis, S. R. E. Vicecancellarius; obiit Romæ 1426. Joannes. Joannes Breviscope, seu Breviscoax, ex Episcopo Parisiensi nominatur 1422. qui est annus primus sedis in hac cathedra. Franciscus, postea Cardinalis titulo S. Marcelli 1440. Antonius Campanus, Sabaudia Cancellarius. Ludovicus, filius Ludovici Sabaudia Ducis. Joannes de Sabaudia. Philibertus de Ric. Petrus de Balma, de la Baulme, vi & fraude hæreticorum Geneva expellitur 1535. fit postea Cardinalis à Paulo III. & Archiepiscopus Vefuntinus. Franciscus Bachodius, cujus tempore 1564. Genevæ Calvinus miserè moritur, cum Novioduni Picardie 1509. publico Christiane Republice malo natus esset. Angelus Justinianus, Minorita, nominatur 1569. Claudius Granier. Obiit 1602. Franciscus de Sales, anno eodem ad hanc sedem evectus, post ingentes assiduasque super gregem sibi commissum vigiliis transactas, ætatis 56. & Præsulatus ann. vigesimo, feliciter in Domino obdormivit, Lugduni 1622. Emissi ab eo in lucem fuere libri pietate & doctrina insignes, nec unquam prodesse cessavit & libris & vive vocis oraculo, habitis plerumque quatuor milibus concionum, convertis sex milibus hæreticorum & amplius, & infinito cæterorum hominum numero in fide vera, & recta vivendi ratione confirmato. Faxit Deus, ut hujus Præsulis curatione & intercessione pia, tandem aliquando lucem æream veri Solis, post fallaces tenebras, cæcutiens & plagiatia modo illa Geneva recipiat, & respiciat, ac in caulam Petri tutissimam reducat. EPISCOPORUM HISPANIE CATALOGUS. Hispania Regnum XI Archiepisc. habet: Videlicet Toletanum, Burgensem, Compostellanum, Hispanensem, Granatensem, Casaraugustanum, Tarraconensem, Valentinum, Bracarensem, Olipponensem, & Eboracensem. Quib. Suffraganei plures subsunt.

Particulariorem porò enumerationem, tam Archiepiscoporum quam Suffraganeorum, hic omittere diximus, cū alimè illam in Hispania illustrata Scripseret, & Joan. Palsius Hieron. Blanca, Anton. Augustinus & alii suppeditent. Notatam quoque omnium Episcoporum Hispanie, eorumque descriptores, hæc volumine folio 117. adduximus.

EPISCOPORUM ANGLIÆ CATALOGUS. Ex Polydoro, Guillelmo Malinesburienfi, Balao & Francisco Godbino.

- Anglia habet Archiepiscopatus III. videlicet Cantuariensem, Glasvalensem, Eboracensem. Quibus subsunt jam olim plures Suffraganei: quatuor videlicet VIII. Rex Schismatice etiam nonnullos adheerit, ejuldem cum Instituto valoris. Nos hic illos damus, in quorum notitiam devenire per aliorum labores, neque id tamen sine labore, potuimus. ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSES, Qui & DOROBERNENSES. Cantuarium, urbs pervetusta & sæculo Romanorum non ignobilis, olim regni Cantii caput, donec Ethelbertus Rex eam cum jure regali cessit S. Augustino primo Anglorum Apostolo, & Archiepiscopo, quem Gregorius Magnus Pont. ad Gentis hujus conversionem misit. Utinam etiam modo aliquis Augustinus adveniret, qui devios à doctrina primorum suorum Antistitum, ad gremium, unde sua sponte exiderunt, reduceret, igitur Gregorius ante Pontificatum visus Anglicæ gentis mancipis, eorumque venustate & indole perpecta, statim cogitavit ex Anglis Angolos effecere, eoque fidei Christianæ doctrinam imbere. Unde ad Pontificatum evectus, cō Augustinum & Militem monachos vite integerrime destinavit. Qui in Cantium delati, a Rege perbenigne accepti sunt, & semen religionis spargere in ea Gente cœperunt circa annum 1600. juxta Polydorum lib. 4. Anglic. historia. c. 1. & sedem Episcopalem in Cantii regia Civitate posuerunt. Primus ergo Cantuarie Archiepiscopus nomina tur 1. S. Augustinus, monachus, Gregorii M. discipulus, circa annum Domini 600. Hujus prædicatione Gens Anglorum prima religionis Christianæ dogmata amplexa fuit. Præfedit an. 15. aliis 16. Illius tempore A. E. sacra edificari cepit liberalitate Ethelberti Regis jam ad Christum converti. Adlegit autem qui sibi defuncto succederet, alium, qui ovile istud credidit, laboris locum. Fuit is autem 2. Laurentius, ad quem ita locutus fertur: Laurenti, cum èhis L. B. Theat. vit. Human. Tom. III.

- posthabitis rebus, quæso, ut orando & concionando, sicut bonum decet Episcopum, saluti hominum tibi consulendum constituas. Igitur mortuo Augustino successit, & simul Rex factus fundus, filium Edelbertum degenerem reliquit, cum quo Laurentio graves molestia, sic ut excedere regno cogitaret, nisi per quietem à S. Petro increpitus fuisset. Eius virtutes Ven. Beda commemorat. Sedit an. 5. & obiit an. 619. 3. Milertus, primùm in Galliam relatus fuirorè Sibircti Orient. Saxorum Regis, & ab Edeberto Rege jam respicietate revocatus, Laurentio successit, & cathedra præfedit annis etiam quinque. 4. Justus, an. 3. aliis 10. Antistes uti nomine, ita moribus Justus. Plures Episcopos alibi constituerat. Eius locum occupavit. 5. Honorius, ab Honorio Pontifice pallio donatus, & confirmatus. Qui magno zelo Ecclesiam administravit annis 26. aliis 20. defunctus an. 653. 6. Theodatus, an. 10. sedit. Et successit an. 664. 7. Theodorus, qui primus conventum Episcoporum coegit, & multa salubriter ordinavit; de quibus Beda lib. 4. cap. 7. historia Anglor. Ac primus etiam primatis munus toto regno exercuit. Sedit an. 22. 8. Berthaldus, vir sanctus, & miraculis clarus: vixit in Episcopatu an. 37. Alii Britaludum vocant. 9. Tarvinus, sive Tadvinus, etiam sanctitatis gloria coruscans, an. 3. sede potius. Obiit an. 734. 10. Nothelmus, & Notelinus, Presbyter Londinensis, ob vitæ integritatem electus, an. 5. rexit, obiit an. 741. 11. Cuthbertus, Merciorum apud Herefordum Episcopus qui impulsu Bonifacii Pont. Concilium Angliæ coegit anno Dom. 747. Indiæ. 15. cujus acta vide apud Guil. Malinesburiensem lib. 1. hist. Pont. Angliæ. 12. Bredvinus, post an. 17. quibus federat prædecessor, substitutus, sedit an. 3. Graves difficultates sustulit cum Offa rege Merciorum, qui Cantuarium Primatus honore spoliare moliebatur. Obiit 762. 13. Lambertus, sive Lambertus, qui nec labori, neque sumptibus peperit pro dignitate tuenda. Sedit an. 27. 14. Successit Ethelardus, vel Alardus, Vintonienfis Episcopus, vir excellentis ingenii & gratia apud Magnates. Offam ad meliorem mentem perduxisset, nisi fato præventus fuisset. Vixit an. 13. in Pontificatu. Obiit an. 806. 15. Vilfredus, sedit an. 28. ob. an. 830. 16. Egeldus, aliis Theogildus, mensibus tribus. 17. Celnothus, aliis Chelrus, an. 3. mens 5. 18. Etelredus, aliis Athalredus, an. 18. multa gessit. 19. Pleimundus, Elfredi Regis institutor, 7. Episcopus ordinavit uno die. E quibus unus ei mortuo successit 20. Athelmus, Vvellenfis Ecclesie Antistes. Qui ob. an. 924. 21. Vilfelmus, prioris in utroque Episcopo successit. sed. 10. an. 22. Odo Danus, merito sanctitatis prætil omnium suffragio electus, multa pro Ecclesie suæ decore, & regni firmitate crevit. Edvini regis libidines compescuit: miraculis sanctitatem illius Deus probatam esse voluit. Annis 20. in functione sua perduravit. Moritur autem an. Christi 957. 23. S. Dunstanus, Athelmi ex fratre nepos, Abbas Glastoniensis Monasterii, & Episc. Londinensis. Regi Edgato charus, ut cujus monitis hic auctulabat. Miraculis claruit, inter quæ illud memorabile, quod cū in divinum ministerium aqua indigeret, ex nativo silicis sinu aquam produxerit, quæ perenniter inde fluit utque in præsens. Audivit non semel concenium Angelicum, Deique Matrem in imagine sibi ostensam vidit. Sed. an. 28. obiit an. 988. Catalogo SS. annumeratus. 24. Ethelgarus, an. uno præfuit, & mens 3. 25. S. Siricius, Vvintonienfis primùm Episcopus, an. 5. sedit. 26. Elphegius, utraque in Cathedra successit: quod indomitis exactioib. Regis se opponeret, à Danis lapidatus, occubuit post an. 6. mens 7. sui regiminis, martyrii palmam consecutus. Scriptis illius vitam Osbernus. Corpus ejus adhuc recentis cruoris vestigia retinens, usque ad hunc diem putredinis labem ignorat. Ante hunc quendam Alfricum interferit Godbino. 27. Livingus, qui & Ethelstanus, an. 7. præfedit. 28. Achelnos, aliis Egelnodus, an. 18. obiit an. 1038. 29. Edius, sive Edinus, an. 11. resignavit. 30. Robertus, ex monacho Gemmeticensi Episcopus Londinensis, & Regis Eduardi favore Archiepiscopus Cantuarie, an. duobus præfuit. 31. Sugandus, post invasum Vvintoniensem Episcopatum, à Rege postulante, quem circumvenerat, in hac cathedra successit, & 17. rexit, & in gloriam emigravit è vita, circa anni 1069. 32. Lan-